

Demetrius Atticus

Demetrius Atticus

DE

DEMORUM ATTICAE PER TRIBUS DISTRIBUTIONE.

PARTICULA II.

DEMOS TRIBUS AEGEIDIS TENENS.

SCRIBEBAT

N. S. A. L.,

PHIL. DR., GYM. COLON. AD S. MARCELLUM PROFESSOR.

DEMONSTRATION ATTICAE PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

DEMONSTRATION ATTICAE PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

DEMONSTRATION ATTICAE PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

DEMONSTRATION ATTICAE PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

Demi Atticae per tribus distributi.

II. Demi tribus Aegeidis.

Proximum Erechtheidi locum ex constanti legitimoque veterum tribuum Atticarum ordine obtinuit *Αἰγῆις φυλή*,¹⁾ nuncupata ab heroe eponymo Aegeo,²⁾ patre Thesei, filio Pandionis, regis Atheniensium, qui, quum totam terram Atticam quadripartitam obtineret, filio Aegeo utpote ceterorum principi terram *παρὰ τὸ ἄστυ μέχρι Πυθίου*³⁾ attribuisse fertur.

Praeter tribum Aegeidem et Aegicorenses, *Αἰγικορεῖς*, Aegei memoriam apud Athenienses servarunt *ἱερῶν* et oraculum Aegei,⁴⁾ cui inter deos relato divini habebantur honores atque ex Phytalidis sacerdotes instituti erant, ut Plutarchus in vita Thesei cap. 23 narrat.⁵⁾ Commemorantur etiam *αἱ Αἰγέως νύλαι* iuxta Delphinium, ubi Aegeus habitaverat. Plut. Thes. 12 extrem. Eius statua Athenis posita erat inter heroum eponymorum statuas prope *Θόλον* et *Βουλευτήριον*. Paus. I. 5, 1 sq. Tribules Aegeidis, *φυλῆται Αἰγίδος*, sensu artiore *Αἰγίδα* dicebantur; sed a poetis universos etiam Athenienses *Αἰγίδα*s vocatos esse constat, ut *Ἐρεχθεῖδαι* a rege Erechtheo vocabantur. V. Antipat. Thessal. 34. Anthol. Palat. 7, 705 et Jacobs. T. VIII. p. 316. Aristoph. Equit. 1067. Boeckh. in Addend. ad C. I. Gr. T. I. p. 916, n. 666, 5.

¹⁾ *Αἰγῆς φυλή* simpliciter *Αἰγῆς* dicitur. Praeter genitivum *Αἰγίδος* (v. C. I. Gr. T. I. n. 122, Inser. nav. X. 160, Ross. de demis Attic. n. 5) extat etiam forma *Αἰγίδος* in C. I. n. 281. 275, alibi; ap. Ross. n. 1. A. 13, ap. Meier. Comment. epigr. n. 63, 16 (v. not. p. 13 ad tit. 3. v. 13). Cf. Buttmann. Gramm. gr. max. T. II. p. 440 not. 30. Laudatur tribus Aegeis ab Andocid. I. 62, Aeschin. I. 125, Plut. Alcib. 21. Nic. 13, a Lexicographis, Glossographis et in multis lapidibus C. I. T. 1. n. 115. 183. 222 etc.

²⁾ De Aegeo deque tribu ab eo nominata v. I. Meurs. de regib. Att. L. III. cap. 1 et 4. Welcker. *Naehtrag zur Aeschyl. Trilogie* p. 204 sq. Harpocrat. in *Αἰγίδα* *Δημοσθένους ἐν τῷ ἐπιταφίῳ* (§. 28), *ἐι γνήσιος. Αἰγῆς φυλή ὠνομάσθη ἀπὸ Αἰγέως τοῦ Πανδίωνος, ἔνθεν οἱ φυλῆται Αἰγίδα*. Schol. Demosth. in Timocrat. §. 8 et 18. Suid. in *Αἰγίδα* et in *Αἰγῆς* (T. 1. P. 2 pag. 9 et 10 edit. Bernhard.). Bekk. Anecd. gr. 1. p. 354. Steph. Byz., Hesych., Phavorin. in v. *Αἰγῆς*.

³⁾ Schol. Aristoph. Lysist. 58 *διήρητο γὰρ εἰς δμερίδας τὸ παλαιὸν ἡ Ἀττικὴ. Πανδίων γὰρ διαδεξάμενος τὴν Κέκροπος βασιλείαν, προσκτησάμενος δὲ καὶ τὴν Μεγαρίδα, ἐνεῖμε τὴν χώραν τοῖς παισὶν εἰς δμοίρας. Αἰγεὶ μὲν τὴν παρὰ τὸ ἄστυ μέχρι Πυθίου, Πάλλαντι δὲ τὴν Παρὰλιαν, Λύκω δὲ τὴν Διακρίαν, Νίσω δὲ τὴν Μεγαρίδα. Cf. Schol. Aristoph. Vesp. 1223. Suidas in v. *Παράλων*. Strab. IX. p. 392 Casaub. *Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ Ἰσθμοῦ μέχρι τοῦ Πυθίου διήκειν αὐτοῦ (Νίσου) φησι τὴν ἀρχήν, Ἀνδρῶν δὲ μέχρι Ἐλευσίνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου· τὴν δ' εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν· φησὶ δ' ὁ Αἰγέως ὅτι ὁ πατὴρ ὤρισεν ἑμοὶ μὲν ἀπελθεῖν εἰς ἀκτὰς τῆςδε γῆς πρὸς βεῖτα νείμας*. Est autem illud Pythion in demo Oenoe Hippothoontidis prope Eleutheras et Eleusinem in confiniis Megaridis, Boeotiae et Atticae, minime confundendum cum Pythio Marathonio. Cf. C. O. Müller. Dor. I. p. 239 ibique not. Welcker. *Naehtrag* p. 205. Preller. Mythol. Graec. II. p. 103.*

⁴⁾ Pausan. I. 22. 5. Suid. in *Αἰγεῖον* (T. 1. P. 2 p. 9 sq.) et Harpocrat. in *Αἰγεῖον*.

⁵⁾ Procul dubio enim in loco Plutarchi supra laudato cum Müllero Prolegom. mythol. p. 272 scribendum est *Αἰγεῖ*, ubi nunc legitur *αὐτῷ*, quod ex versu seq., ut videtur, huc illatum est. Cf. Welcker. *Naehtrag* p. 205 et Bossler. de gentibus et familiis Atticae sacerdotalibus p. 52.

Tribus II: Αιγής.

	Δῆμος.	Δημότης.	Tribus aet. X tribuum.	Tribus aet. XII tribuum.	Tribus aet. XIII tribuum.
1. 2.	Ἀγκυλὴ } καθ' ἑνὲς θεν. } ὑπὲρ ἑνὲς θεν.	Ἀγκυλὲς, Ἀγκυλῆθεν.		Aegeis.	
3.	Ἀλαὶ Ἀραφρηίδες.	Ἀλαί.	Aegeis.	Aegeis.	
4.	Ἀραφρῆν.	Ἀραφρηος.	Aegeis.	Aegeis.	
5.	Βαρή.	Βατῆθεν.	Aegeis.	Aegeis.	Aegeis.
6.	Γαργητῖος.	Γαργήτιος.	Aegeis.	Aegeis.	Aegeis.
7.	Διόμεια (τῶ).	Διομεινός.	Aegeis.	Aegeis.	
8.	Ἐοίκεια.	Ἐοικεινός.	Aegeis.	Aegeis.	
9.	Ἐρχιά, Ἐρχιά.	Ἐρχιεύς.	Aegeis.	Aegeis.	
10.	Ἐστία, Ἰστία.	Ἐστιαῖος, Ἰστιαῖος.	Aegeis.	Aegeis.	Aegeis.
11.	Ἰκαρία, Ἰκάριος.	Ἰκαριεύς, Ἰκάριος.	Aegeis.	Aegeis.	
12.	Ἰωνίδα.	Ἰωνίδης.	Aegeis.	Aegeis.	Aegeis.
13.	Κολλντῖος.	Κολλντιεύς.	Aegeis.	Aegeis.	
14.	Κολωνὸς ἵππιος.	ἐκ Κολωνοῦ. Κολωνῆθεν.	Aegeis.	Aegeis.	? Ptolemais.
15.	Κυδαρτίδαι.	Κυδαρτίδης.	Aegeis.	Aegeis, deinde Ptolemais.	
16.	Μυρρινούττα.	ἐκ Μυρρινούττης.	Aegeis.	Aegeis.	
17.	Οἰρήν.	Οἰρηνέας.		Aegeis.	
18.	Πλώθεια, Πλωθία.	Πλωθεινός, Πλωθεύς.	Aegeis.	Aegeis.	
19.	Τέθρας, Τεθρας.	Τεθρασίος, Τεθρασίος.	Aegeis.	Aegeis.	
20.	Φιλαΐδαι.	Φιλαΐδης.	Aegeis.	Aegeis.	

N. 1 et 2.

$\text{Ἀγκυλῆ} \left\{ \begin{array}{l} \text{καθ' ὑπερθεῖν.} \\ \text{ὑπένερχεῖν.} \end{array} \right.$

I. Nomen demi Attici Ἀγκυλῆ, quem Fr. Jac. Bastius (Epist. crit. ad Boissonad. p. 92 et Append. p. 35), ni fallor, Corsiniano demorum indici primus addidit, praebent Arcadius de accentu p. 109, 18 (ed. Barker. Lips.), ubi de accentu praecipit: τὸ μέντοι Ἀγκυλῆ καὶ Ἀγκυλῆ ὀνόματα δῆμων ὁξύνονται,¹⁾ Bekk. Anecd. T. 1. p. 338: Ἀγκυλῆ καὶ Ἀραφῆν δῆμος Αἰγυῖδος, et Harpocratio in v. Τρικέφαλος· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην „μικρὸν δ' ἀνὰ τοῦ τρικεφάλου παρὰ τὴν Ἑστίαν²⁾ ὁδόν“· τὸ πληρὲς ἐστὶ τοῦ τρικεφάλου Ἑρμοῦ. τοῦτον δὲ φησι Φιλόχορος ἐν γ' Προκλείδην³⁾ ἀναθεῖναι Ἀγκυλῆσιν.⁴⁾ Accedit titulus apud Ross. de demis n. 1. A, 15.

Demus Ἀγκυλῆ, ut Agryle, Lamptra, Pergase Erechtheidis, duplex fuit, si Rossii auctoritatem sequimur, qui ad tit. I, ubi in Aegeide v. 15 ΑΓΚΥΛΑ et v. 16 tertio et quarto litterarum loco litterae . . ΚΥ . . leguntur, Ἀγκυλῆ καθ' ὑπερθεῖν et Ἀγκυλῆ ὑπένερχεῖν restituendum esse, quumque is demus suburbanus prope Piraeum fuerit (vide n. 4 de situ demi), civium numerum facile eo adaugeri potuisse ostendit (p. 5), ut in duos demos divideretur, qui vulgo additis adverbiiis καθ' ὑπερθεῖν et ὑπένερχεῖν distinguebantur. Sed in demis duplicibus neque in titulis sepulcralibus neque in aliis generis inscriptionibus ut in psephismatibus aut in publicis nominum indicibus ad demoticum addi solere, utrum quis ex demo superiori an ex inferiori fuerit, iam in Commentatione I de demis p. 26 monui. Id in iis tantum locis fieri solet, ubi singuli tribus alicuius demi enumerantur, ut in Rossii titulo I. A, v. 4 et 5, v. 9 et 10, v. 15 et 16, et tit. II. pluribus locis.

II. Demoticum est Ἀγκυλεύς et Ἀγκυλῆθεν.

Demotici formam adiectivam Ἀγκυλεύς praebet Corp. Inscr. Gr. T. I. n. 115. col. I,

¹⁾ Adde de accentu Stephan. Byz. in Ἀγγελέ.

²⁾ Rossius de demis Att. p. 5. not. 5., demi Attici Ἑστίαια memoriam subesse suspicatus, apud Harpocratonem pro παρὰ τὴν Ἑστίαν ὁδόν legendum statuit παρὰ τὴν ἐς Ἑστίαian ὁδόν vel παρὰ τὴν Ἑστίανδε ὁδόν. Consentire videtur Papeus in Lex. nom. propr. graec. in Ἑστία sub fin. Sed nihil mutandum neque apud Harpocratonem neque apud Suidam et Photium in Τρικέφαλος. Ἑστία ὁδός est via, quae ad Vestae templum fert, ut Σφρητία ὁδός dicitur ap. Schol. Euripid. Hippolyt. 35. Vestae autem templum in Piraeo fuisse testatur titulus apud Boeckh. in Corp. Inscr. graec. T. I. n. 101. Cf. Welcker. Mythol. graec. T. 2. p. 696. Leak. Topograph. Athen. p. 185 not. et p. 279.

³⁾ Codices Harpocratonis praebent Εὐκλείδην, sed Προκλείδην (Hipparchi amatorem) legendum esse, Suidas in Τρικέφαλος, Etymol. Mg., Photius (bis!), Apostolius Proverb. XIX. 51 docent. Phavorinus in τρικέφαλος habet Παπροκλείδης! Vitiosi nominis Εὐκλείδην origo apparet ex verbis, quae praecedunt: Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην.

⁴⁾ Post verba τοῦ τρικεφάλου Ἑρμοῦ Codex Medicus annectit verba τοῦτον δὲ φησι . . . Ἀγκυλῆσιν. V. Gronov. ad Harpocrat. p. 294 edit. Lips. 1824. Wyttenb. Bibl. crit. Vol. III. P. 3. p. 86. Bast. Epist. crit. p. 92. not. 31. F. Osann. Syllog. Inscr. graec. p. 47. not. 21 scribit, hoc additamentum etiam codice non spernendo Vratislaviensi Harpocratonis contineri. V. varias lectiones cod. Vratisl. p. LXXXI. ed. Lips. H. Sauppius de demis p. 22 apud Harpocratonem pro Ἀγκυλῆσιν legendum suspicatur Ἀγκυλῆσι, sine iusta causa.

19, ubi inter demotas Ἀγκυλεῖς unus laudatur Νικόστρατος Δίωνος. Praeterea exstat demotici forma soluta Ἀγκυλεεύς in C. I. n. 145, 24, ubi pro Ἀγκυλεῖ legitur Ἀγκυλεεῖ (Boeckh. Oecon. publ. Athen. edit. II. p. 68, 24), sicut v. 11 et v. 30 legitur Ἀλωπεκεεῖ. De qua demotici forma v. Boeckh. C. I. p. 215. col. I. et F. Osann. in Syll. Inscr. Gr. p. 44, 11 et p. 572.

Forma producta cum diphthongo in penultima Ἀγκυλειῆς est apud Rangab. Antiq. hellén. T. II. n. 1001, 9. pag. 716, de qua forma legendus est Lobeck. in Paralip. gramm. gr. T. I. p. 26 sq.

In Boeckhii C. I. n. 172. v. 17, p. 307 in Antiochide legitur Ἀγγυληθεῖς, quod p. 306 mutatum est in Ἀγγυληθεν; sed Boeckhius ipse (p. 309. col. II.) de voce Ἀγγυληθεν quid statuendum sit, se nescire fatetur. Idem recte monet: ne corrigas Ἀγγεληθεν [est enim Pandionidis]: potest aut Ἀγρυληθεν aut Ἀγκυληθεν scribi; sed Ἀγρυλεῖς Erechtheidi vel Attalidi tribuuntur, Ἀγκυλεῖς certe duodecim tribuum aetate sunt Aegeidis (C. I. n. 115). Grotefend. de demis p. 7 Αἰγυληθεν vel Αἰγυλεῖς scribendum suspicatur, qui sunt Antiochidis. Rangab. Antiq. Hellén. T. II. p. 718, n. 4 ita: C'est peut-être le nom estropié d'un autre dème.

Adverbialis demotici forma Ἀγκυληθεν saepe occurrit in titulis. In C. I. n. 115, 5 et 17 legimus Νικοκράτην Δίωνος Ἀγκυληθεν, sed in eodem titulo v. 19 etiam Ἀγκυλεῖς invenitur. n. 549 Γέρων Ἀρίστωνος Ἀγκυληθεν. Apud Ross. n. 22 Προεὺς (?) Μνάσωρος Ἀγκυληθεν. n. 21 Βόητος Ἀγκυληθεν ex Rossii restitutione. In Rossii titulo Mus. Rhen. nov. T. 8. p. 122 est Νικάνωρ Ἀγκυληθεν. Apud Meier. comment. epig. n. 43, 8 Ἀγαθοκλῆς Ἀγκυληθεν, n. 59, 29 Ἀνσίας Ἀνσιμάχου Ἀγκυληθεν, nondum aliunde notus statuarius. Ap. Rangab. T. II. n. 1180 Συνόνων (?) Ἀγκυληθεν. n. 2372 Αἰδωνίδης Σπονδαίου Ἀγκυληθεν. Apud L. Urlichs, Verhandlungen der philol. Gesellschaft in Würzburg. 1862. II. A. p. 77: Δεινόστρατος Δεινιάδου Ἀγκυληθεν.

III. Demotas Ancylenes Aegeidis fuisse testantur Bekkeri Anecdota graec. I. supra I. et tituli C. I. T. I. n. 115 (XII tribb. aet. post Olymp. 123, 2. a. Chr. 286), n. 183, 1... ΚΥΑΙ... (catal. pryt. Aegeidis, eiusdem ut Boeckhio p. 315, col. I. videtur, aetatis), ap. Ross. n. 1 (XII tribb. aet.).

IV. Quamquam de situ duplicis demi Ἀγκυλή nihil certi constat, tamen ex loco Alciphronis [Epist. III. 43 init.]: λουσάμενοι εἰς τὸ ἐν Σηραγγεῖ βαλανεῖον ἀμφὶ πέμπτην ὥραν δρόμον ἀφέντες εἰς τὸ προάστιον τὸ Ἀγκύλης (scribe Ἀγκυλησι) τὸ Χαρικλέους τοῦ μειρακίσκου ῥχόμεθα, apparet, Ancylen fuisse προάστιον, i. e. demum suburbanum Athenarum,²⁾ quumque τὸ Σηράγγειον,³⁾ ab Serango conditore dictum, locus Piraei fuerit cum balneo et heroo, sequitur, prope Piraeum situm fuisse demum Ancylen. Ibi in trivio, ad viam Vestae testibus Harpocrate, Suida et Photio in v. τρικέφαλος erat Mercurii tricipitis statua, a Proclide (v. p. 5 not. 3.), Hipparchi amatore, posita.⁴⁾

¹⁾ Fortasse scribendum est Προεὺς. V. Apollon. Rhod. Argon. I. 1044.

²⁾ Ita etiam Bursian. Geogr. Graec. T. I. p. 322 de situ demi iudicat.

³⁾ V. Harpocrat. in Σηράγγειον, Suid. in Σ., Phavorinus in Σηράγγειον (sic). Alciphron. I. s. I. Isaac. Philoctem. §. 33 ibique Schoemann. Phot. in Σ. Bekker. Anecd. graec. T. I. p. 301, 16.

⁴⁾ Mercurius ille triceps Ancylenis non est confundendus cum Telesarchidae Mercurio quatuor capitum, qui fuit in Ceramico. Photius in Ἐρμῆς τρικέφαλος. Hesych. in Ἐρμῆς τρικέφαλος. Eustath. ad Hom. II. 24, 333.

N. 3.

Ἀλαί Ἀραφηνίδες.

I. Nomen *Ἀλαί* duobus demis Atticis fuit, ubi Salinae erant, quorum alter a propinquo vico *Ἀραφὴν Ἀλαί Ἀραφηνίδες*,¹⁾ alter a propinquo vico *Αἰξωνή Ἀλαί Αἰξωνίδες* vocabatur. Sicut hi duo demi in oppositis Atticae litoribus, alter in occidentali, alter in orientali littore, siti erant, ita etiam diversis accensebantur tribubus; alter enim (*Ἀ. Ἀραφηνίδες*) pertinebat ad tribum Aegeidem, alter (*Ἀ. Αἰξωνίδες*) ad Cecropidem.

Hae duae *Ἀλαί* non sunt confundendae cum Boeotiae urbe *Ἀλαί*, quae *ὁμώνυμοι* dicuntur τοῖς Ἀττικοῖς δῆμοις (Strab. IX. p. 405 Casaub.), neque cum aliis aliarum terrarum *Ἀλαῖς* (v. Steph. Byz. in *Ἀλαί*), neque cum populo Argolico *Ἀλιεῖς* (v. Steph. Byz. in v. *Ἀλιεῖς*).

Nomen demi praebet Hesychius in *Ἀλαί· δύο δῆμοι τῆς Ἀττικῆς*. Repetit Hesychii verba Phavorinus in v. *Ἀλαί*. Scholiasta Callimach. in Dian. 173 post Hesychii verba addit *Ἀλαί Ἀραφηνίδες καὶ Ἀλαί Αἰξωνίδες*. Adde Strabonem l. s. l. et p. 399, Harpocrationem, Suidam, Zonaram, Phavorinum in *Ἀλαιεύς* et Bekkeri Anecd. Gr. T. I. p. 375. Sed locus luculentissimus de Halis exstat apud Stephanum Byz. in *Ἀλαί Ἀραφηνίδες καὶ Ἀλαί Αἰξωνίδες, δῆμοι, ὁ μὲν τῆς Αἰγίδος, ὁ δ' Αἰξωνίδος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς*. Ἐκατέρου ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ἰ *Ἀλαιεύς, καὶ Ἀλῆθεν καὶ Ἀλῆσι*²⁾ καὶ Ἀλῆνδε. „Ξενόφαντος [*Ἀλῆθεν*] εἶπε.“ Τρύφων δ' ἐν παρωνύμοις „Ἀλαῖος τρισυλλάβως καὶ Ἀλαιαῖος τετρασυλλάβως... ὡς Ἀθηναῖος Ἀθηναεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς.“ ἀλλ' ἐν τοῖς ἐξῆς κατ' ἔθος Ἀττικὸν ἔνδειαν φησι τοῦ ἰ. ἔστι δὲ ὁ δῆμος τῆς Ἀραφηνίδος μεταξὺ Φηγέως τοῦ πρὸς Μαραθῶνι καὶ Βραυρωνός, αἱ δ' Αἰξωνίδες ἐγγὺς τοῦ Ἰαστεος. ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης... δασύνεται δὲ τὸ Ἀλαί, ὡς καὶ ἐν τῷ δράματι Μενάνδρου, ἀπὸ τοῦ Ἀραφηνίσιν Ἀλαῖς διακείσθαι τὰ πράγματα, ὅς ἐστι τόπος Ἀττικῆς.“ V. ad hunc locum Meinek.³⁾

Vocem *Ἀλαί* cum spiritu aspero ab antiquis Atticis scriptam esse, Stephanus Byz. l. l. dicit et disertio testimonio Polemonis constat apud Suidam (T. I. p. 121 Bernhard.) in v. *Ἀλῆνιεύς... καὶ Ἀλῆνιεύς καὶ Ἐρχιεύς καὶ Ἀλιεύς καὶ πάντα τὰ ὅμοια δασέως φασὶ φθέγγεσθαι τοὺς Ἀττικοὺς τοὺς παλαιούς*. Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον. V. Preller. ad Polemon. p. 106. LXV. Simile praeceptum vide apud Suidam in v. *ἀλλέιν*. Manuel Moschopulus in opusc. gramm. a N. Titzio editis p. 33: *ἀλεσούριον δὲ δασύνεται, τὸ κοχλίδιον καὶ Ἀλκεῖς* (leg. *Ἀλαεῖς*), δράμα Μενάνδρου, quae verba Moschopulus eidem fortasse, cui Stephanus Byz. sua, grammatico debet, ut recte suspicatur Meinek. in praefat. ad Menand. p. XV. Confirmatur scriptura cum spiritu aspero hisce titulis: ap. Boeckh. C. I. Gr. n. 141. A. 2 est *Πυθοδώρω ΗΛΛΑΙΕΙ*, n. 147, 1 Κλειογένης *ΗΛΛΑΙΕΥΣ* et ap. Rangab. T. I. n. 109, 20 *Χαρίνῳ Ἀλεξιμάχου ΗΛΛΕΕΙ*.

¹⁾ Pro *Ἀλαί Ἀραφηνίδες* Cramerii Anecd. graec. Paris. T. 1. p. 397 habent *Ἀραφηνίαι: Ἀλαεῖς δράμα Μενάνδρου ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀλαῖς* (sic enim scribendum pro *Ἀλλαις*) *Ἀραφηνίαις ὑποκείσθαι*.

²⁾ Plut. Anton. 70 [*Τίμωνος*] *ταφέντιος Ἀλῆσι παρὰ τὴν θάλασσαν*. Aeschin. epist. v τοῦ Ἀλῆσι χωρίου.

³⁾ Idem Meinek. p. 720, II. verba Stephani supra allata sic corrigi vult: *Ἀλαί Ἀραφηνίδες — ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ἰ Ἀλαιεύς, καὶ Ἀλῆθεν „Ξενόφαντος Ἀλῆθεν εἶπε“, καὶ Ἀλῆσι καὶ Ἀλῆνδε*.

Demi nominis formam Ἀλή cognoscimus ex Arcadio p. 108, 5: Ἀλή δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς ὁξυνόμενον, ex Stephani Byz. loco s. laudato et in v. Ἀγγελή... ὁξυνεται δὲ κατὰ δύο τρόπους, ὅτι δῆμον ὄνομα, ὡς τὸ Περγασὴ καὶ Ἀλή κ. τ. λ. ibique Meinek.

Exstabat Menandri, poetae comici, fabula Ἀλαεῖς inscripta, titulo ab Halarum Araphe-
nidum demotis petito, de qua vide Meinek. in praefat. ad Menandri et Philemonis reliq. p. XV, et in Fragment. Com. graec. T. IV. p. 73. Quae fabula minime confundenda est cum eiusdem Menandri fabula, quae inscribatur Ἀλιεῖς, piscatores.

Hoc loco in universum illud notandum videtur, haud paucas Comicorum graecorum fabulas a demis Atticis denominatas esse.¹⁾ Nam praeter modo dictos Ἀλαεῖς Menandri commemorandi sunt *Anagyrus* Aristophanis, *Acharnenses* Aristophanis et Diphili (Meinek. Fragm. Com. graec. T. I p. 452), *Thoricū* Antiphanis (p. 331) et Heniochi (p. 422), *Icarū* s. *Satyri* Timoclis (p. 429), *Laciadae* Philippidis (p. 473), *Marathonū* Timoclis et Lycophronis Chalcidensis (p. 433), *Potamii* Strattidis (p. 233 sq.), *Prospaltii* Eupolidis (p. 141 sq.), *Titacides* (?) Magnetis (p. 95), *Phrearrus* Antiphanis (p. 331).

Quum enim inter singulos loco situque diremtos Atticae demos non solum aliquam dialecti differentiam (Lobeck. Aglaopham. T. 2. p. 875), sed etiam magnam vitae generis et conditionis, ingenii et morum varietatem fuisse constet, quam in quibusdam pagis veteres recte notarunt (v. Schoemann. Antiquit. iur. publ. Graec. p. 163), largam inde Comicis graecis fabularum exstitisse materiam, facile adducimur ut credamus.

Ita, ut exemplis rem probem, Tithrasii (v. dem. Aegeid. N. 19.) male audiebant ὡς κακοπραγμόνες καὶ πονηροί (Schol. Aristoph. Ran. 477), Diomeenses ὡς ἀλαζόγες (v. N. 7). Acharnenses perstringebantur ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί (Suid. Hesych. Zonar. et Etymol. Mg. in *Δρυαχαρνέῦ*. Meinek. p. 141 sq.). Prospaltii non secus ac Thymoetadae ὡς δικαστικοί i. e. tanquam litium et causarum judicialium cupidissimi a Comicis irridebantur (Suid. et Etym. Mg. *Δρυαχαρνέῦ*). Laciadae δῆμος τῆς Ἀττικῆς fuit, ῥαφανίδας φέρων, ὃν ἐπιβοῶνται κατὰ τῶν μοιχῶν (Hesych. in *Λακιάδαι*, Suid. in *Ἔ Λακιάδαι* et in *Πλακιάδαι*). Potamii eo nomine male audiebant, quod facile falsos cives in tabulas referrent, ut apud Harpocrationem legimus (Suid. in *Ποταμός*. Phot. *Ποταμοί*. Etym. Mg. in *Σφῆττιοι* et *Δρυαχαρνέῦ*). Aexonenses Menander in *κατηφόρῳ* perstrinxerat ὡς βλασφημοὺς: unde αἰξωνέεισθαι (Etym. Mg. in v. Steph. Byz. in *Αἰξώνεια*. Ruhnken. ad Tim. p. 15). Sphettii exagitabantur ὡς ὀξεῖς καὶ συζογάνται (Phot. in v. *Σφῆττιοι*. Schol. Aristoph. Plut. 720. Etymol. Mg. in v. *Σφ.* Phavorin. in *Σφῆττιῳ* ὀξεῖ). Demus Tricorythus coenosus et palustris, ranis, culicibus atque id genus aliis refertus fuit. Quin et Tricorysii infimae sortis homines et ὡς πονηροί male audiebant. Quare *Τριχορυσία βασίλιννα* Menandri Comici nihil aliud est quam regina mendicabulorum. (Aristoph. Lysist. 1032 ibique schol. Meinek. ad Menand. p. 280. Suidas in *Τριχορυσία* ibique not. Bernhard., et in v. *παίσωμεν* T. II. P. 2. p. 165). *Ῥαμνούσιος* proverbialiter dicebatur ἐπὶ τῶν σοφῶν καὶ ἐλλογίμων (V. Suid. in *Ῥάμος* et in *Ῥαμνουσία Νέμεσις*). Adde quod de Pallenensibus apud Suidam narratur: est enim *Παλληνικὸν βλέπειν*

¹⁾ V. Meinek. Com. Graec. T. I p. 422. Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 177.

ἀντὶ τοῦ γενναίου i. e. animum masculum prae se ferre. De quibus Comicorum ludibriis ad veritatis similitudinem fictis vide Taylor. Lect. Lysiac. cap. X. p. 299 sq. (Orator. graec. Reisk. Vol. VI.) Sed haec hactenus.

II. Demoticum est Ἀλαιοῦς, Ἀλαεῦς, Ἀλειῦς, Ἀλεῦς, Ἀλαῖος, Ἀλαιοῖος et Ἀληθεν. Duorum demorum, qui Ἀλαί vocantur, demoticum vulgare est Ἀλαιοῦς et Ἀλαεῦς, quod pariter de Halarum Araphenidum ac de Halarum Aexonensium demotis usurpatur, ita ut ex simplici demotico Ἀλαιοῦς vel Ἀλαεῦς intelligi nequeat, utrum Halaeenses Araphenii an H. Aexonenses intelligendi sint. Sed de hac re in demo Ancyle iam satis dictum arbitror.

Demoticum Ἀλαιοῦς exhibent praeter Harpocratonem, Suidam, Bekk. Anecdota, Zonaram, Phavorinum ex veteribus scriptoribus Demosthenes in Olympiod. §. 5, c. Eubulid. §. 38, c. Conon. §. 31; Strabo IX, p. 398 n. 21. Casaub., Dionys. Halicarn. epist. 1 ad Ammaeum cap. 11, ubi libri perperam Ἀλλαιοῦς praebent; Athenaeus VII. p. 329 E, Diog. Laert. VII. §. 164. Firmant hi tituli: in Corp. Inscr. n. 115, 19 sqq. octo Ἀλαιοῖς in Aegeide recensentur; itaque sunt Halaeenses Araphenii. n. 82, 24 Ἀλαιοῶν ab Ἀλαιοῖς est. Intelligendos esse H. Araphenios Boeckhii p. 122. col. II. docuit. In aliis titulis C. I., in quibus Ἀλαιοῦς nude ponitur, incertum est, ex utris Halis civis Halaeensis oriundus sit, ut n. 141, A. 2; n. 147, 1; n. 208. Plures eius generis titulos ex Boeckhii Inscr. nav., Rossii, Rangabei, aliorum libris afferre non attinet, ubi Ἀλαιοῖς commemorantur sine discrimine tribus, cui adscripti fuerint. In C. I. n. 578 in voce Ἀλαεῦς fortasse littera ῖ excidit ut v. 2 in nomine Aristodemi.

Demotici forma ionica soluta Ἀλαίῃς pro Ἀλαιοῖς vel Ἀλαιοῖς (ap. Rangab. T. II. n. 1254 de H. Aexonensibus) exstat apud Ross. n. 5 in Aegeide (v. Ross. p. 22 extr.) et in C. I. n. 183, 8 in Aegeide. Cf. Plat. in Theaetet. p. 169 B: Ἡρακλέης τε καὶ Θησέης.

Demotici forma Ἀλαεῦς (Ἀλαεῖς) sine ῖ auctoritate Tryphonis περὶ παρωνύμων apud Steph. Byz. l. l. nititur, qui Atticos ita locutos esse tradit, et firmatur Stephani Byz. loco in v. Ζωσιγό, ubi v. Meinek. de scriptura. Adde quae supra ad C. I. n. 578 monui.

Formam Ἀλαεῖς ex Rangabei n. 109 supra in nomine demi exhibui. Forma Ἀλεῦς exstat iuxta formam Ἀλαιοῦς apud Rossium n. 6. B. 24 et 25 in Cecropide; sed vide de hac scriptura Rossium p. 27, qui cum Meiero Ἀλεῦς vitiose pro Ἀλαιοῦς exaratum putat. v. Meier. in Diurn. Halens. litter. 1838. n. 196, p. 356.

De formis Ἀλαιοῖος et Ἀλαῖος, quae eiusdem Tryphonis περὶ παρωνύμων, quem modo laudavi, auctoritate nituntur, vide quae adnotavit Meinek. ad Stephanum Byz. l. l.

Denique laudanda est adverbialis demotici forma Ἀληθεν, quam Stephanus Byz. l. l. tuetur.

III. Tribus, cui adscriptae erant Halae Araphenides, fuit Aegeis. In Aegeide Halaeenses Araphenii ponuntur a Stephano Byz. l. l., in titulo Rossii n. 5. col. II. (X tribb. aet.), in C. I. n. 115, 19 XII tribb. aet.: v. Boeckh. p. 158. col. I. Omnes demi, qui ibi nominantur, Aegeidis sunt; itaque Halas Araphenides intellige. Adde n. 183, 8. Catalogus est prythanum tribus Aegeidis. Aetatem tituli n. 115 hic quoque titulus referre videtur.

IV. Ad constituendum locum, ubi Halae Araphenides sitae erant, hi maxime veterum scriptorum loci faciunt. Et Strabo quidem (X, p. 446 Casaub.) de Euboeae urbibus disserens

haec habet: Πλησίον δὲ τὰ Στύρα καὶ τὸ Μαρμαρίον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κίωνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου, ὅθεν διάπλους εἰς Ἀλὰς τὰς Ἀραφηνίδας. Idem IX. (p. 399 C.) p. 563 Meinek. in recensu demorum in orientali Atticae littore sitorum hoc ordine eos enumerat: Κάμπαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον, εἴτα Θόρικος, εἴτα Ποταμός . . . εἴτα Πρασιὰ Στειριὰ Βραυρών, ὅπου τὸ τῆς Βραυρωνίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, [Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, ὅπου τὸ τῆς Ταυροπόλου,¹⁾ Μυρρινοῦς Προβάλινθος Μαραθῶν κ. τ. λ.

Strabonis verba primo loco allata illustrat Euripides Iphig. Taur. 1450 sq. Dind.:

χωρὸς τίς ἐστιν Ἀθίδος πρὸς ἐσχατοῖς
ὄροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
ἱερὸς, Ἀλὰς νιν οὔμους ὀνομάζει λεώς κ. τ. λ.

Adde Stephanum Byz. in Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, cuius verba supra apposui. Quibus ex locis apparere arbitror, demum Halas Araphenides, a propinquo vico Araphene (Ἀραφήν, Ῥαφήνα, Raphina), cognominatum (v. N. 4.), portum fuisse ex Euboeae meridionalis oppido Marmareo Halas Araphenides Atticae traiecientibus, inter Phegeum, qui vicus prope Marathonem est, et Brauronem (Βραύνα, Βραῦνας) situm. Clarum ibi fuit Dianae Tauropolae templum,²⁾ quae Euripidis certe temporibus summa veneratione colebatur (v. Koechly ad Eurip. Iphig. Taur. p. XVIII sq.), ut Braurone Diana Βραυρονία. Monstrabatur Halis Araphenidibus ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος, quod Iphigenia, ex terra Taurica quum profugisset, eo attulisse dicebatur, et Iphigeniae sepulcrum (Eurip. Iphig. Taur. 1453 sqq.). Cf. Bursian. Geog. Graec. T. 1. p. 348 sq.

N. 4.

Ἀραφήν.

N. I. Nomen demi exhibent Stephanus Byz. in Ἀραφήν, δῆμος Αἰγίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἀραφήνιος καὶ Ἀραφηνίς θηλυκὸν κ. τ. λ., Bekkeri Anecd. Gr. I. p. 338 Ἀγκυλὴ καὶ Ἀραφήν, δῆμος Αἰγίδος. Adde p. 441, 26 Ἀραφήνιος. δῆμος Αἰγίδος. Suidas et Phavorinus in Ἀραφήνιος eadem verba praebent. Harpocratio in Ἀραφήνιος. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους. δῆμος ἐστὶ φυλῆς τῆς Αἰγίδος. Non est Ἀραφήνιος demus tribus Aegeidis, ut indicant Harpocratonis, Suidae, Phavorini, Anecdotorum verba, sed Ἀραφήν. Ἀραφήνιος est demoticum, sed crebrae sunt illae apud glossographos et alios scriptores μεταβολαί. Similiter apud eundem Harpocratonem legimus in Ἀλαιεύς, ὄνομα δήμου pro δημότου, ubi nihil mutandum. De accentu vocis Ἀραφήν v. Lobeck. Paralip. gram. gr. I. p. 193. Nomen dedit hic vicus et demus propinquis Salinis Arapheniis, ut supra demonstravimus; ipse nomen accepit ab Araphene, uno ex centum illis heroibus Atticis, eponymis demorum et phylarum Atticae, ut apparet ex Herodiano περὶ μονήρων λέξεως pag. 17, 8 (p. 52 Lehrs.): Ἀραφήν, εἰς τῶν ἑκατὸν ἡρώων, de quibus singularem exstitisse Polemonis librum Scholiasta Aristoph. Av. 645

¹⁾ Callimach. in Dian. 173 sq. ἡ ἵνα, δαῖμον, Ἀλὰς Ἀραφηνίδας οἰκίσουσα
ἡλθες ἀπὸ Σκυθίας, ἀπὸ δ' ἔλπας τέθμια Ταύρων. V. Spanhem. ad h. l. T. 2. p. 295.

²⁾ Hermann. Antiquit. Graec. quae ad cultum pertinent. Ed. II. p. 428 et not. 17 p. 432.

his verbis docet: ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δῆμων καὶ φυλῶν Πολέμων. Cf. Preller. Polemon. p. 41 sq. Lehrs. ad Herodian. l. l., Bergk. de reliq. Com. Att. p. 85 et ante omnes Welcker. Mythol. graec. III, p. 263 sq.

II. Nomen demoticum Ἀραφήνιος praeter scriptores supra laudatos praebet Isaeus de Astyphil. hered. §. 18. In titulis Araphenii saepe occurrunt. In C. I. n. 115, 34: Ἀραφήνιοι Κάλλιππος Ἀντάνδρου, Καλλισθένης Φανομάχου. n. 150, 8 Χαρίας Ἀραφήνιος. n. 162, 7 Τελεισικλῆς Καλλίου Ἀραφ. n. 183. col. II, 12 Ἀραφήνιοι Μυρωνίδης Κλέωνος, Μνησίθεος Νικοστράτου. In Inscr. nav. X. c. 163 Ἀνάξιππος Ἀραφήνιος. XVI. b. 224 Θούδιππος Ἀραφήνιος et c. 116. v. Boeckh. p. 239 in v. Apud Ross. n. 10, 23 sq. ex restitutione Κτησικλῆς Ἀραφήνιος. n. 4, 9 Ἀραφήνιοι Καλλισθένης Καλλίου, Ἀνάξιππος Θουδίππου.

III. Aegeidi tribui Araphenios adscribunt praeter Stephanum Byz., Harpocrationem, Bekk. Anecdota, Suidam, Phavorinum hi tituli: apud Ross. n. 4, 9 (X tribb. aet.) in indice nominum Aegeidis; in Inscr. nav. X. c. 163 Αἰγίδος (X tribb. aet.); in C. I. n. 150. A. 8 (X tribb. aet. v. Boeckh. p. 234. col. I.). n. 115. col. III, 34. (XII. tribb. aet. v. Boeckh. p. 158. col. I.). n. 183. col. II, 12. eiusdem, ut videtur, aetatis. V. Boeckh. p. 315. col. I.

IV. Dubitari non potest, quin demus Araphen haud procul ab orientali Atticae littore prope Halas Araphenides situs fuerit, quum Halae Araphenides, in orientali Atticae litore sitae, a propinquo vico Araphene nomen acceperint, quo distinguebantur ab Halis Aexonen-sibus ad occidentale Atticae litus sitis. Nomen vici et demi Araphenis, qui antiquitus Salinas ad mare habebat, unde viculus Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, Salinae Arapheniae, temporum decursu ortus est, etiam nunc servatum exstat in deserto viculo *Raphina*, *Ραφήνα* (v. Leak. de dem. p. 64), quanquam inde non sequitur, antiquum demum Araphenem eundem prorsus locum obtinuisse, quem hodie Raphina occupat. V. Bursian. l. l. p. 349.

N. 5.

Βατή, Βατία.

I. Demi nomen Βατή praebent praeter titulum Rossii n. I, v. 20 Stephanus Byz. in Βατή, δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς, ὅθεν ἦν Ἀβρων ὁ Καλλίου, ἔξηγητής, περὶ ἐορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς. τὸ ἐθνικὸν ἐπιρρηματικῶς Βατῆθεν· οὐδεὶς γὰρ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ἐπιρρηματι χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δῆμων, ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως ἢ τῷ ἀναλόγῳ ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας κ. τ. λ. De accentu vocis Βατή ita Arcadius p. 113, 28: τὰ εἰς τῇ παραληγόμενα τῷ α ἢ τῷ ο βαρύνεται, εἰ μὴ ἐπὶ δῆμον τάττοιο, πλάτη καὶ ὁμοπλάτη..... Τὸ δὲ Βατή (cod. βατή) τὸ τοῦ δῆμον. Herodianus π. μ. λ. p. 148, 25 (p. 42 Dindorf.): Βατή δῆμος Ἀττικοῖς. ἀδιάφορα γὰρ τὰ τοῦ τόπου. Pravo accentu et littera minuscula βάτη scriptum erat in codice Herodiani p. 186. Correxerunt Lehrs. Verus accentus ex Herodiani loco pateret, etiamsi non nota esset Atticorum demorum regula nec servatum illud Arcadii praeceptum, quod supra posui.

Sed exstat etiam demi nomen Βατία et demoticum inde repetitum Βατιῆθεν apud Phavorinum in Βατία, δῆμος φυλῆς τῆς Αἰγίδος. λέγεται καὶ ὁ βάτους ἔχων τόπος. Ἀπὸ τοῦ βάτος Βατία διὰ τοῦ ι, ὡς Αἰτωλός Αἰτωλία. Τὸ ἐθνικὸν Βατεῖς. καὶ βατία ὁ τῆς καλάμης καρπός. καλεῖται δὲ καὶ ἄβρυνα ἢ μορέα. Idem Phavorinus habet demoticum adverbiale a Βατία ductum

Βατιῆθεν· ἐκ δῆμον *Βατῆς* τῆς *Αἰγυίδος* φυλῆς, quod confirmatur ab Hesychio in *Βατιῆθεν*· ἐκ δῆμον *Βατῆς* τῆς *Αἰγυίδος* φυλῆς. Quae demotici forma, sed abbreviata occurrit apud Rangab. T. I. p. 97. n. 95, 20 *Ἀνσιελῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν*, de qua scriptura v. Rangab. p. 143. Boeckh. in C. I. n. 141, A. 18 in eodem titulo *Βατῆθεν* legit non indicata scripturae discrepantia.

De origine nominis demi nihil constat. Fortasse hic quoque demus, ut multi alii, a natura loci fruticibus vel rubis s. moris consiti nuncupatus est. V. Hesych. et Phavorin. in *βάτια* et *βάτος*. Etymol. Mg. in *Βάτια* s. fin. et in *Βατία*.

II. Nomen demoticum est *Βατῆθεν*, *Βατιῆθεν* et *Βατεύς*. Nomen demoticum vulgare est *Βατῆθεν*, quod apud veteres scriptores et in titulis usitatissimum est. V. Steph. Byz. l. l. Apud Isocrat. adv. Callimach. §. 10 est *Νικόμαχος Βατῆθεν*. Ap. Plut. (Vit. X oratt.) in Lycurgo §. 1 occurrit *Ἀριστόδημος Βατῆθεν* et §. 27 *Καλλίας τοῦ Ἀβρωνος Βατῆθεν*, de quo v. Boeckh. in Inscr. nav. p. 240. Ap. Diogen. L. X. §. 16 *Ἀμννόμαχος Φιλοκράτους Βατῆθεν*. In Inscr. nav. V. d. 18. . . ρος *Βατῆθεν*. X. f. 39 *Πραξιτέλης Βατῆθεν*. XIV. c, 5 *Καλλίας τοῦ Ἀβρωνος Βατῆθεν*. Idem redit d. 110. Apud Ross. n. 6. A, 11 *Ἡλιόδωρος Βατῆθεν*, v. 25 et 26 *Βατῆθεν*. n. 8. B, 23. n. 12, 9 *Ἀβρων Βατῆθεν*. n. 17, 3 . . . ης *Φαιδρωπίδου Βατῆθεν*. Ap. Rangab. T. I. p. 212. n. 120, 33 *Ἀνσιελῆς Δρακοντίδου Βατῆθεν*. cf. n. 95, 20. T. II. n. 799, 1 *Ἀμννόμαχος Φιλοκράτου Βατῆθεν*. v. 12 *Πολύευντον Ἀνσιστράτου Βατῆθεν*. n. 1104 *Ἀνσιστράτην Βατῆθεν*.

Demotici formam *Βατιῆθεν*, a *Βατία* ductam, tuentur, ut supra vidimus, Hesychius et Phavorinus. Forma *Βατῆθεν* occurrit ap. Rangab. n. 95. V. in nomine demi.

Demoticum *Βατεύς* praebet Phavorinus l. s. l. Quod legitur in titulo Fourmontii magna ex parte mutilato et pessime habito (ap. Boeckh. C. I. n. 183. col. II, 9.) *Βατῆς* in catalogo prythanum tribus Aegeidis, aut *Βατῆθεν*, aut fortasse ἐκ *Βατῆς* cum G. Dindorfio in H. Stephani thes. l. gr. scribendum est. Nam nomen demoticum *Βατῆς*, quod Igenius filius agnoscit in Add. ad C. I. p. 907, nullo modo ferendum esse recte vidit Grotefendus de demis p. 20. Neque *Βάτης* nomen proprium viri Atheniensis demi Coloni est, ut Papeus in tertia edit. Lex. nom. propr. graec. in v. B. statuit, nam qui v. 11 sequitur *Ἀμννόμαχος Φιλοκράτους* certe ad demum Baten pertinet, ut ex Diog. Laert. l. s. l. et ex titulo Rangabei n. 799 apparet. Neque minus Pytheas Pythippi, qui Amynomachum praecedit, quem idem Papeus in v. II. Colonensem facit, et ipse haud dubie Batensis fuit.

III. Demus *Βατή* Aegeidi adscribitur a Stephano Byz., Hesychio, Phavorino; demus Atticus vocatur ab Herodiano, demus simpliciter ab Arcadio. Aegeidis fuisse confirmant hi tituli: ap. Ross. n. 1 (XII tribb. aet.), n. 6 (XII tribb. aet. v. Ross. p. 26.) et n. 8 (XIII tribb. aet. v. Ross. p. 30.), ap. Boeckh. in C. I. n. 183. col. II, 9 (XII tribb. aet.). Ex quibus testimoniis apparet, demum *Βατήν* etiam instituta Hadrianide antiquo suo loco mansisse.

IV. De situ demi haec habeo, quae dicam. Ex titulo n. 1, quem E. Curtius (Inscr. Attic. nuper repertae XII) edidit,¹⁾ discimus, fuisse pagos quosdam Atticos vicinitate locorum sacrarumque societate coniunctos, qui communi Mesogaeorum nomine comprehenderentur.

¹⁾ Apud Rangab. T. II. n. 799. cf. adnotat. Editoris.

Horum autem pagorum, unde haec Mesogaea¹⁾ erat composita, unus fuit *Βατή*: hinc enim et qui legem rogavit, *Ἀμννόμαχος*, et in quem honores conferuntur, *Πολύενκτος Ἀντιστράτου*, nati dicuntur. Pittaki, editor Atheniensis supra laudati tituli (*Ἐφημερίς ἀρχαιολογική*. Ἀρ. 369.), *Βατῆς* pagi nomen etiam hodie loco illi, ubi titulum reperissent, inhaerere²⁾ pagique rudera illic superesse addit p. 308. — Iam apud Spon. et Wheler Itin. etc. T. II. Liste de l'Attique. n. XXVII legimus *Βατή*: *Baty* ou *Vathy* de la tribu Egéide. Et Rangabeus T. II. p. 422: „Cette inscription fut trouvée dans le puits d'un jardin situé, au dire de M. Pittaki, sur la route d'Acharnes, dans un endroit nommé *Bathya*, à un quart d'heure d'Athènes... Le nom actuel de l'emplacement où l'inscription fut trouvée (*Βάθνα*) semblerait être une corruption de celui de l'ancien dème.“ Accensebatur autem hic demus, ut supra demonstravimus, Aegaeidi, cuius tribus multi demi suburbanii fuerunt, quum iam antiquissimis temporibus Pandion filio Aegeo utpote ceterorum principi *τὴν παρὰ τὸ ἄστυ χώραν* attribuisset. V. locos p. 3 not. 3 allatos.

N. 6.

Γαργητιός.

I. Nomen demi et urbis *Γαργητιός* praebent Stephanus Byz. in v. *Γαργητιός*, πόλις καὶ δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς. ὁ δημότης *Γαργήτιος*. Ἐπίκουρος Νεοκλέους *Γαργήτιος*. ... ὁξύνεται δὲ τὸ *Γαργητιός* ὡς Ὑμητιός Ἀνκαβητιός. ἐνταῦθα φασὶ τὸ τοῦ Εὐρυσθέως κείσθαι σῶμα, et Hesychius in *Γαργητιός* · δῆμος Ἀθήνησι [τῆς Αἰγίδος de suo addit Musurus] φυλῆς, ὅπου δοκεῖ κείσθαι τὸ σῶμα Εὐρυσθέως. Hesychii verba repetit Phavorinus in *Γαργητιός* addito Musuri supplemento. Suidas in Γ. simpliciter: ὄνομα κύριον τόπον. Zonaras ed. Tittman. p. 416: *Γαργητιός κύριον*.

In titulis demi nomen legitur apud. Ross. n. 1. A. 23, ap. Rangab. T. II. n. 792, v. 5.

De nominum localium terminatione in *ητιός*, *ησσός* [*Γαργητιός*, *Σφητιός*, *Συβαλητιός*, *Ὑμητιός*, *Ἀνκαβητιός*, *Βυλλησσός* etc.] a voce pelasgica *ήσσός* (mons) repetenda, quae ea nomina ad montem vel collem pertinere significat, v. Ross. p. 40 not. et p. 76. Leak. de demis Att. p. 41. Saup. de dem. urb. p. 21.

Heros eponymus huius demi sine dubio fuit *Γαργητιός*, pater *Jonis*, ut apud Pausaniam VI. 22. 7. legimus: καλεῖσθαι δὲ τὰς νύμφας ἀπὸ Ἰωνος λέγουσι τοῦ *Γαργητιοῦ*, μετοικήσαντος ἐνταῦθα (in Elidem) ἐξ Ἀθηνῶν.

II. Demoticum *Γαργήτιος* exhibent Stephanus Byz., alii; titulus apud Athenaeum VI. p. 234. D. Casaub. habet ἐπὶ Διφίλης ἱερείας παράσιτοι Ἐπίλνκος Ἀνκοστράτου *Γαργήτιος* et Χαρίνος Δημοχάρους *Γαργήτιος*, ubi antea falso legebatur: ἐπὶ δὲ φυλῆς ἱερείας παράσιτοι ἐπὶ Ἀνκοστράτου *Γαργήτιος* κ. τ. λ. V. Meinek. Anal. crit. ad Athenaeum T. IV. p. 100. Omnino *Γαργήτιος* saepissime occurrit in titulis. In Corp. Inscr. Gr. T. I. n. 227 est *Διφίλος Διφίλου*

¹⁾ Schoem. Antiq. iuris publ. Graec. p. 24. de comit. Ath. p. 345 Hermann. Antiq. Graec. T. I. §. 93. not. 1.

²⁾ Pag. 307: ὁ κῆπος οὗτος κεῖται πρὸς τὸ βόρειον τῆς πόλεως τῶν Ἀθηνῶν πρὸς τὴν Ἀχαιοικὴν ὁδόν, καλεῖται δὲ ἡ θέσις αὕτη τῶρα Βάθεια. κ. τ. λ.

Γαργήτιος. cf. n. 615. n. 270. I, 25 Πάππος Ζωστήρος *Γαργήτιος*. Πομπώνιος Ζωστήρος Γ. v. 27 *Επαφρόν*... Γ. n. 275, 18 et 19. n. 265, 12 *Αθναῖος* Γ. n. 281 II. A. 8 *Αρτέμων* *Γαργήτ*. n. 378, 3 ex restitutione Boeckhii. n. 384 *Ιεροφάντης* Γ. n. 393 *Τειμόθεος* Γ. n. 431 *Απολλόδορος* Γ. n. 439 *Μένανδρος* Γ. In monumentis privatis n. 615 — 620. n. 651 *Επίλυκος* *Νικοστράτου* *Γαργήτιος*. n. 656. In Addend. p. 915 n. 615. b et 620. b. In Inscr. nav. II. 15 *Αρχέστρατος* *Γαργήτι*. cum Boeckhii nota. Ibid. v. 27 *Επικράτης* *Γαργήτ*. XI. b. 54 *Απολλόδορος* *Διοφάνους* Γ. XIII. a. 25 et 144 *Ανσιππίδης* *Πασί*... Γ. 158 *Απολλόδορος* *Α*. Γ. ut supra XI. b. 54. Apud Ross. n. 4, 12 *Γαργήτιοι* *Πολύενκτος*, *Μειδίας*... et n. 5. col. II, 6 Γ. *Επικλῆς*. n. 65 *Μάρ. Αἰρ.* *Καλλίφρων* *Γαργήτιος*. n. 66 *Γναῖος* *Λικίνιος* *Ἀττικὸς* *Γαργήτιος*. Ap. Rangab. T. II. n. 1425 *Μήκων* *Ἐτεῶνος* *Γαργήτιος*. *Νίκων* *Ἐτεῶνος* Γ. n. 1427 *Μένανδρον* τοῦ *Ἀσκληπιάδου* *Γαργητιῶν*. n. 1429 *Φιλήμων* *Δημητρίου* Γ. n. 2381 *Φιλωνίδης* *Αἰσχυλίδου* Γ. *Φιλωνίδης* *Φιλοκράτου* Γ. Ap. Meier. n. 66. I. A. 57 *Εὐθύλοχος* *Γαργήτιος*.

Adverbialis demotici forma *Γαργητιόθεν* est apud Aristophan. Thesmoph. 898: *Κρίνῃλλά γ' Ἀντιθέου Γαργητιόθεν*. Scholiasta ad h. l. ἀπὸ δῆμον τῆς Αἰγίδος φυλῆς, ἔνθα τὸ Εὐρυσθέως ἀποκεῖται σῶμα ἐν τῷ ἀρατηρίῳ¹⁾ · ἐπίρρημα δὲ τὸ *Γαργητιόθεν*. De usu adverbialis demotici formae ad designandam originem feminae pro forma adiectiva *Γαργήτιος* v. Ross. p. 102. n. 186.

III. Demus Gargettus Aegeidis fuit. Testantur Stephanus Byz., Hesychius et Phavorinus (v. supra n. I.), Scholiasta Aristophan. Thesmoph. l. in n. II. l., ubi Bekkerus vitiose *Θίνης* ediderat pro *Αἰγίδος*, si fidem habemus G. Dindorfio in Adnot. ad Schol. Aristophanis p. 511. edit. Didot. Paris. Vide Meier. ad Ross. de demis p. 116. Confirmant tituli apud Ross. n. 5. col. II. (X tribb. aet.), n. 4, 12 in fragmento indicis nominum tribus Aegeidis, sine dubio X tribuum aetatis, ut Rossio videtur. n. I. A. 23 (XII tribb. aet.). Corp. Inscr. T. I. n. 227. n. 275. col. I. 18 et 19 (XIII tribb. aet.). n. 281. II. A. 8 (XIII tribb. aet.). n. 183. col. III. 1, ubi pro mutilo *ITTIOY* cum Grotefendo p. 21 legendum est *Γαργήτιοι*.

Demum simpliciter Gargettum vocat Diogenes Laert. X. 1.

IV. Inter Hymettum montem et eam Brilessi partem, quae spectat inter occasum brumalem et meridiem, in vicinia coenobii *Mentéli* (*Πεντέλη*) praedium monasteriale est, quod hodie *Γαργητιός*, *Garito*, dicitur, cuius nomen, ut *Mentéli* veterem demum *Πεντέλη* indicat, ita demi *Γαργητιός* situm nobis monstrat.²⁾

Hic locus una ex antiquissimis sedibus, quas Jones in Attica habuerunt, fuisse videtur, quippe quum eponymus demi, heros Gargettus, pater Ionis perhibeatur. Leak. de dem. p. 41. Memorabile oppidum Gargettus factum est in bello, quod Theseus cum Pallantidis, Sphetti imperantibus, gessit. Pallantidae enim partiti copias, alii aperte ex Sphetto Urbem Athenas petierunt, pars in Gargetto ad viam Sphettiam in insidiis occulti consederunt, utrimque in inimicos coorturi. Sed delatis per Leum Hagnusium Pallantidarum consiliis cuncti a Theseo ibi oppressi sunt. Plut. Thes. 13.³⁾ Monstrabant Gargetti in ἀρατηρίῳ i. e. loco imprecationis

1) Scribendum esse ἀρατηρίῳ pro ἐδδῆν ἀρωτηρίῳ ex Plut. Thes. 35 apparet.

2) Bursian. Geog. Graec. T. I. p. 345. Welcker. 'Tagebuch einer Griechischen Reise.' T. I. p. 124. Ross. de dem. Att. p. 53 in Ἄγνοῦς.

3) Rem secundum Philochorum ita gestam narrat Scholiasta Eurip. Hippolyt. 35: Πάλλαντος ἐπιθέσθαι ταῖς

sepulcrum Eurysthei, de quo Strabo VIII. p. 377 Casaub. ita: *Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαυραδῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαιον βοηθησάντων Ἀθηναίων ἱστορεῖται πείσιν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργητιοῦ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν Τριχορύνθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν ὑπὸ ἀμαξιτόν· καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλὴ. Cf. Schol. Aristoph. Thesmoph. 898 supra in demotico. Etiam viris illustribus ibi natis clarus fuit Gargettus, quippe quum Gargettii fuerint Epicurus philosophus (Steph. Byz. in v. Γ., Aelian. V. H. IV. 13, Suid. in Ἐπίκ.) e gente Philaidarum (Diog. L. X. 1.), et unus ex quatuor Thucydidis, qui commemorantur a Schol. Aristoph. Acharn. 703 et Vesp. 947.*

N. 7.

(τὰ) Διόμεια.

I. Demi nomen (τὰ) Διόμεια praebebat Stephanus B. in Διόμεια, οὐδετέρως, δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς. ὁ δημότης Διομειεύς. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιξενωθείς παρὰ Κολλυτῷ ἡρώσθη Διόμον τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. οὗ ἀποθεω[θέντος] . . . ubi οὗ ad Herculem spectat. Idem in v. Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ δῆμος, ἀπὸ Διόμον, ἀπ' οὗ ὁ χώρος Ἀθήνησι Διόμεια καλεῖται. Διόμος γὰρ Ἡρακλεῖ ὡς θεῷ θύων τὰ ξενόσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρω ἔδειξε, καὶ αὐτῷ κύνων λευκὸς ἀρπάσας τὰ μηρία εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν. κ. τ. λ. Suidas in Διόμεια. δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς· ἀπὸ Διόμον [ἐρωμένον] τοῦ Ἡρακλέους. Ἀριστοφάνης (Ran. 651 sq.)· ἐφρόντισα,

ὅπόθ' Ἡράκλειον τὰν Διομείους γίνεταί.

Τὸ δὲ Ἡράκλειον ἱερὸν Ἡρακλέους. Καὶ Διομειαζόνας λέγει, ἀπὸ Διομείων τοῦ δήμου· ὅς ἀνόμεσται οὕτως ἀπὸ τινος Διόμον. Harpocrat. in ἐν Διομείους Ἡράκλειον. Schol. Aristoph. Ran. 652. Bekk. Anecd. Gr. T. 1. p. 240, 7 Διόμεια (Cod. Διόμνα)· δῆμος Αἰγίδος. Schol. Athenae. VI. p. 240 A, cuius verba consentiunt cum Suida.

Praeter hos veterum scriptorum locos demi nomen Διόμεια praestat titulus apud Ross. n. 1. A, 17. In uno Etymol. M. demi nomen ἡ Διομεία exstat in v. Διομειαζόνας, τοὺς ὑπερηφάνους εἶπεν Ἀριστοφάνης· ἀπὸ τῆς Διομείας πάγον τῆς Ἀττικῆς, ὅπου ἡλαζόνεον οἱ ἐκεῖ ἐνοικοῦντες.

Demo Diomeensi nomen dedit heros eponymus Δίωμας,¹⁾ Collyti Atheniensis (a quo demus Collytus nominatus est,) filius, unus ex multis Herculis amasiis. Schol. Apollon. Rhod. Argonaut. I. 1207. Fama erat, Herculem, quum Athenas venisset, hospitio exceptum a Collyto adamavisse Diomum, eius filium. Quum autem Diomus Herculi ut Deo in foco sacra

¹⁾ Ἀθήναις διανοομένον καὶ τὴν Σηητίαν ὁδὸν προοιῶς διαπορευομένου ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οἱ τοῦτου παῖδες κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς Γαργητιδὸν ἐγκαθίσουσι μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, ἔν' διὰν ἐπεξελθῶσι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὁ Πάλλας συμβάλλῃ, ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες λάβωσι τὴν πόλιν κ. τ. λ.

¹⁾ Etymol. M. Δίωμας, ὄνομα κέρειον ἥρωος Ἀθηναίου· ἀπ' οὗ Διομείας· ἐροτή· παρὰ τὴν Αἰδὸς γενικὴν Δίωμας, ὡς ἀνδρὸς ἀνδρομέος. Stephan. Byz., Suid., Schol. Aristophan. Ran., Schol. Athenaei locis s. laudatis. Contra ea Etym. M. in Ἀνδρομέος . . . ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀνδρομος, ὡς Αἰδὸς Δίωμας, κηρύως, ὁ πατήρ Ἡρακλέους. Fere eadem habet Cramer. Anecd. Gr. Oxon. I. p. 83. 3. V. de Diomō Meinek. Anal. Alexandr. p. 177 sq.

faceret, canem album accessisse, victimam rapuisse raptamque in loco quodam deposuisse. Sollicito eam ob rem Diomo respondisse Deum, quem in locum canis victimam detulisset, ibi aram Herculi erigendam esse, indeque totum illum locum, ubi templum (*Ἡράκλειον*) et festum Herculis (*τὰ Διομέια*) institutum est et gymnasium *τῶν νόθων*, vocatum *Κυνόσαργες*.¹⁾ Additis apud Aristophanem l. s. l. ad *Ἡράκλεια* verbis *τὰν Διομέιους* Herculis festa, quae in demo Diomeensi in Cynosarge agebantur,²⁾ ab aliis festis Herculis distinguebantur, quae Marathone vel Melitae ab Atheniensibus celebrabantur (Harpocrat. in *Ἡράκλεια*). De his festis ludicris Diomeis multi ex veteribus scriptoribus multa narraverunt. Tu lege quae praeter Corsinum (Fast. Att. T. 2. Dissert. XIII et XXXVI) de hac re scripserunt Welcker. Myth. Graec. T. 2. p. 785 sq. C. O. Müller. Dor. T. 2. p. 438 et 458. Schoemann. Antiq. Gr. T. II. p. 481.

Ad eundem, ut videtur, Diomum referuntur etiam sacra Atheniensium, quae dicuntur *Βουφόνια* et *Διπύλεια*. V. Porphy. de abstinentia L. II. §. 10 et §. 29.

Demi cives, qui propter magniloquentiam (*ὡς ἀλαζόνες*) famosi erant, et maxime quidem Theodorum quendam Diomeensem perstringit Aristophanes Acharn. v. 606 (v. Schol. ad h. l.), quem Aristophanis versum egregie illustrat Etym. M. l. s. l.

II. Nomen demoticum est *Διομεύς*, *Διομεύς*, *Διομεύς*, *Διομαεύς*. De variis huius demotici similibusque formis vide Lobeckium copiose disputantem in Paralip. gram. gr. T. 1. p. 26 sq.

Vulgaris forma *Διομεεύς* exstat apud Stephan. B. l. s. l., Plutarch. Vit. X rhet. III, 1., Schol. Aristoph. Acharn. 603. Formae *Διομεύς*, *Ἰκαριεύς* ut solutae formae *Διμπτρέες*, *Εὐωνυμέες*, *Κολλυτέες*, *Ἐρχιέες* occurrunt apud Rossium n. 5. col. II, 11 iuxta formas contractas *Κηφισιεύς*, *Λευκονοεύς* et *Ἀζηγιεύς*, quam orthographiae inconstantiam in eodem titulo iure notavit Rossius p. 22.

Demotici formam *Διομεεύς* praebet titulus Rossii n. 69 *Ἐπιγέρης Μικίωνος Διομεεύς*, ut formae *Δεκτελεύς*, *Δεκτελεύς* et *Δεκτελεύς* exstant. V. Lobeck. l. l. p. 27.

Forma *Διομεύς* (*Διομεύς*) primitiva a *Δίωμος* ducta legitur apud Hesychium et Phavorinum in v. *Διομεύς*, ap. Athenaeum VI. p. 260 A: *εἰς τὸ Διομέων Ἡράκλειον*, XIV. p. 614 D: *ἐν γοῦν τῷ Διομέων Ἡρακλείῳ*. Firmant tituli ap. Rangab. T. II. n. 2383 *Ἀριστοκλῆς Ἀριστοκλέους Διομεύς* et ap. Ross. n. 12, 12 *Ἰέρων Διο...* (*μεύς*) ex haud dubia restitutione.³⁾ Papeus in Lex. nom. prop. Gr. addit demotici formam *Διομῦτεύς* ex titulo in acropoli Atheniensi asservato, quem publici iuris fecit Kumanudas, professor Atheniensis. Pariter in demo *Ἐρικεῖα* demotici formas habemus *Ἐρικειεύς*, *Ἐρικεύς*, *Ἐρικαιεύς*.

III. Aegeidi demus Diomea adscribitur a Stephano B., Suida, in Bekkeri Anecd., a Scho-

¹⁾ V. Steph. Byz. in *Διόμεια* et *Κυνόσαργες* (T. II, P. I. p. 461 Bernhard.), in v. *ἐς Κυνόσαργες* (T. I, P. 2. p. 552) et in *εἰς Κυνόσαργες* (T. I, P. 2. p. 789). Schol. Plat. Axioch. p. 464 Bekker. Adde Leak. topogr. Athen. (ed. Turic. Baiteri et Sauppil.) p. 96 not. 4 et p. 200.

²⁾ Titulus votivus *Ἡρακλεῖ Διομεύς*... exstat apud Rangab. T. II. n. 1093.

³⁾ Cognomen *Iovis Διομεύς*, quod est apud Eustathium ad Hom. Iliad. A. 46 *Ἐξ τοῦ Ἡρακλῆος Ἡρακλέους τὰ Ἡράκλεια, καὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ Διομεύς Ζεὺς Διομέως τὰ Διόμεια*, ortum videtur ex perversa repetitione praecedentis syllabae. V. Hermann. Antiquit. Graec., quae ad sacra spectant. Ed. II. p. 433. 23.

liasta Aristophan. Ran. et a Schol. Athenaei locis s. laudatis. Accedit titulus ap. Ross. n. 5 (X tribb. aet.) et n. 1. A, 17 (XII tribb. aet.). Demus Atticae *Διόμεια* vocantur ab Hesychio, Etym. Mg., *χωρος Ἀθηνῶν* apud Stephanum Byz. in *Κυνόσαργες*.

IV. Demus Diomea haud dubie suburbanus fuit, inter septentriones et orientem solem ab Urbe spectans. Pertinebat usque ad ipsam Urbem, ex qua per portam, quae dicebatur *Διόμεια πύλαι*, via ferebat Diomea. Cf. Hesych. in v. *Δημῖαισι πύλαις* et Alciphron. Epist. III, 3. Huius demi partem obtinebat Cynosarges [V. Suid. in v. Leak. topog. Ath. p. 20] cum fano Herculis et Gymnasio, in quo nothi exercebantur et Antisthenes Cynicus docebat, extra muros prope Urbem situm.¹⁾ Diomeorum igitur demi partem certe extra moenia Urbis fuisse apparet ex iis, quae de situ Cynosargis diximus, partem moenibus Urbis circumclusam fuisse, quod nonnulli viri docti, in his Leakius et Bursianus,²⁾ statuerunt, nihil est quod testetur. Immo, ut Saupprii verbis (de dem. urb. p. 23) utar, quae Plutarchus π. φυγῆς c. 6 dicit: τὸ δέ σε μὴ κατοικεῖν Σάρδεις, οὐδὲν ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες κατοικοῦσι Κολλυτὸν, οὐδὲ Κορίνθιοι Κράνιον, οὐδὲ Πιτάνην Λάκωνες· ἀρὰ οὖν ξένοι καὶ ἀπόλιδες εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διόμεια, ὅπου καὶ μῆνα Μεταγεινῶνα καὶ Θυσίαν ἐπώνυμον ἄγουσι τοῦ μετοικισμοῦ τὰ Μεταγεῖννια, τὴν πρὸς ἐτέρους γεῖννιασιν ἐνκόλως καὶ ἱλαρῶς ἐκδεχόμενοι καὶ στέργοντες; οὐκ ἂν εἴποις; — quem locum quum C. Odof. Müller. in Leak. topogr. Ath. (1839) p. 461 (ed. Turic. p. 316) perperam intellexisset, recte explicavit P. W. Forchhammer (Topogr. v. Athen. Kiel 1841. p. 82. 'Kießer Studien' p. 354.), — haec, inquam, ita tantum vim aliquam habent, si Meliten in Urbe, Diomea extra Urbem fuisse statuimus, ut Melitenses illi, qui Diomea sedes transtulissent, eo miseri videri possent, quod iam non in Urbe ipsa domicilia haberent.

N. 8.

Ἐρίκεια.

I. Demi nomen *Ἐρίκεια* praebent Stephanus Byz. in v. *Ἐρίκεια*, δῆμος Ἀθηνῶν τῆς Αἰγίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἐρικειεύς κ. τ. λ. et titulus apud Rossium n. 1. A. v. 21.

Nomen demi significat regionem ericis consitam; est autem *ἐρείκη* planta fruticosa (Theophrast. Hist. plant. I. 14. 2 et Schol. Nicand. Theriac. 610.), cuius flore apes vescuunt (Nicand. Theriac. I. 1. Dioscorid. I. CXVII.), unde mel *ἐρικαῖον* vocatum. Pariter ab ericarum copia ibi provenientium Aeolia insula *Ἐρικουῖσα* nomen traxit, de qua ut de similibus nominibus v. Scholiastam ad Aristophan. Plut. 586, Eustathii comment. ad Dionys. Perieget. 456 et Comment. nostram de demis. P. I. p. 6 sq.

II. Nomen demoticum est *Ἐρικειεύς*, *Ἐρικεύς*, *Ἐρικειεύς* et *Ἐρικαιεύς*. De variis his demotici formis vide Lobeck. Paralip. T. I. p. 25 sqq. et Boeckh. in C. I. T. I. p. 402 ad n. 295.

¹⁾ V. Plut. Them. 1 τοῦτο δ' ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους. Diog. L. VI. 13 in Antisth.: ἐν τῷ Κυνόσαργει γυμνασίῳ, μικρὸν ἄνωθεν τῶν πυλῶν.

²⁾ Leak. topog. Ath. p. 316. Bursian. p. 275. 303.

Formam *Ἐρικειεύς* praebet Stephanus Byz. l. I. Forma *Ἐρικειεύς* exstat apud Ross. n. 74. b *Καλλιᾶδον γυνή Ἐρικειῶς* et *Καλλιᾶδης Καλλίου Ἐρικειεύς* ex Rossii restitutione. Apud Boeckh. C. I. n. 295, 6... *Ἀπολλωνίου Ἐρικειεύς*. n. 115. col. III, 31 *Ἐρικεῖς Ἀντίδωρος Διοκλέους, Ἀγαθοκλῆς Ἀριστοφάνου*. Ap. Rangab. T. II. n. 1447 *Ἀνσικλῆς Θεαγένους Ἐρικειεύς*.

Forma *Ἐρικειεύς* invenitur in C. I. n. 193, 41 *Ἀκίλιος Ἐρικει[εύς]*. Forma *Ἐρικαιεύς* occurrit in C. I. n. 270. I. v. 22 *Ποθείνος Ἡρακλείδου Ἐρικαιεύς* et III, v. 5 *Ἡρακλείδης Ποθείνου Ἐρι...*; et apud Rangab. T. II. n. 1002. a. v. 13 legimus... *καιῆς*, qui sunt aut *Ἀνακαιῆς* aut *Ἐρικαιῆς*. Similes demotici formas vide in demo *Διόμεια*.

III. Demus *Ἐρίκεια* in Aegeide ponitur a Stephano Byz., in titulo Rossii n. 1 (XII tribb. aet.), in Corp. Inscr. n. 115. col. III. v. 31 (XII tribb. aet.).

IV. De situ demi nihil constat.

N. 9.

Ἐρχιά, Ἐρχιά.

I. Demi nomen, quod variis modis in libris depravatum est,¹⁾ Stephanus Byz. exhibet in *Ἐρχιά, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγυπτῆος φυλῆς, ἀπὸ Ἐρχίου τοῦ ξενίσαντος Διμήτραν. τρισυλλάβως δὲ τοὺς Ἐρχιάς φασιν. Ὁ δημότης Ἐρχιεύς. καὶ Ἰσοκράτης Ἐρχιεύς ἦν κ. τ. λ.* Cf. Harpocration in *Ἐρχιάθεν*, Hesychius in *Ἐρχεία*, Photius in *Ἐρχιάδαι* (Curae noviss. p. 9.), Suidas in *Ἐρχιάδαι* et *Ἀζηνιεύς*, Zonaras ed. Tittmann. p. 867 in *Ἐρχιά* et Phavorinus in *Ἐρχεία*.

Accentus vocis *Ἐρχιά* constat auctoritate Arcadii p. 99, 10^o sq. τὸ δὲ Κηφισιὰ καὶ Οἰσιὰ καὶ Λονσιὰ ὀνόματα δῆμων, et Stephani Byz. in v. *Ἀζηνιά, ὡς Πλωθιά Λονσιὰ, δῆμος ἐν Ἀττικῇ τῆς Ἰπποθωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἀζηνιεύς, ὡς Ἐρχιεύς*. De spiritu vocis *Ἐρχιά* hoc adnotasse sufficiat. Aspero spiritu hoc nomen ut *Ἀλιεύς* et *Ἀζηνιεύς* ab antiquis Atticis scriptum esse et tituli docent et disertio testimonio Polemonis nititur ap. Suidam (T. I. P. 1. p. 121 Bernhard.) in v. *Ἀζηνιεύς* · *Ἀζηνιά δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἰπποθωντίδος, ἀπ' ἧς ὁ φυλῆτης Ἀζηνιεύς. Καὶ Ἀζηνιεύς καὶ Ἐρχιεύς καὶ Ἀλιεύς²⁾ καὶ πάντα τὰ ὅμοια δασέως φασὶ φθέγγεσθαι τοὺς Ἀττικοὺς τοὺς παλαιούς. Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον καὶ Ἀντίγονον*. Cf. Polemo Prelleri p. 106 (fragm. 65) et Eustath. ad Hom. Od. A. 27. p. 1387 ed. Rom. Simile praeceptum Suidae vide in v. *Ἀλέειν* (T. I. P. 1. p. 250 sq. Bernh.). Etiam in titulo Attico (Olymp. 92, 3. X tribb. aet.) apud Boeckh. C. I. n. 147, 7 p. 220 legitur *Διύλλω HEPXIEI*, et apud Rangab. V. I. n. 57. p. 50. col. B, 50 et p. 51. col. A, 67 legitur *Φίλων HEPXIEYΣ* cum spiritu aspero, qui in libris omnino oblitteratus est.

Demus *Ἐρχιά* nomen traxit ab heroe eponymo *Ἐρχίος*,³⁾ qui (ut Celeus, Eleusiniorum rex,

¹⁾ De variis vocum *Ἐρχιά* et *Ἐρχιεύς* depravationibus v. Meinek. ad Stephan. B. p. 282. Westermann. ad Leak. de dem. Att. p. 226 not. 50. Corsin. Fast. Att. Dissert. VI. p. 281. Sunt autem fere haec: *Ἐρχεῖα, Ἐρχεῖα, Ἀρχιεύς, Ἀρχιερεύς, Ἐρχεθία, Ἐρχεῖα, Ἐρχείου, Ἐρχιεύς, Ἐρχεθιεύς, Ἐρχεθεύς*.

²⁾ Lege *Ἀλιεύς* vel *Ἀλαιεύς*. Cf. Stephan. Byz. in *Ἀλαί* sub finem.

³⁾ De accentu vocis *Ἐρχίος* v. Arcad. p. 41, 30 (ed. Barker.) τὸ δὲ *Ἐρχίος* παροξύνεται. Adde Cramer. Anecd. Gr. Oxon. T. II. p. 58, 26.

Eleusine et Phytalus in agro Laciadarum: Pausan. I. 37. 2) Cererem hospitio excepisse dicebatur. Stephan. Byz. I. s. I.

II. Demoticum est *Ἐρχιεύς* (*Ἐρχιεύς*) et *Ὀρχιεύς*.

Nomen demoticum *Ἐρχιεύς* et *Ὀρχιεύς* praeter scriptores s. laudatos exhibent Demosthenes Leptin. §. 146 *Λεινίας Ἐρχιεύς*. adv. Boeot. de dote II. §. 16 *Σόλων Ἐρχιεύς*. Neaer. §. 84 *Θεογένης Ἐρχιεύς*. Aeschin. de fals. legat. §. 67 et 68 *Ἀμύντωρ Ἐ.*, c. Ctesiph. §. 138 *Θράσων ὁ Ἐρχιεύς*. Dinarch. c. Demosth. §. 38 *Θράσων ὁ Ἐρχιεύς*. Isaeus de Pyrrhi hered. §. 23 *Διονύσιος Ἐρχιεύς*. Inter Isaei orationes una fuit inscripta ἡ ὑπὲρ Εὐφιλῆτος πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον ἔφεσις, quam orationem Dionysius Halic. in Isaei censura c. XVI laudat.

Demoticum *Ἐρχιεύς* etiam in permultis titulis occurrit. In C. I. n. 115, 26 legimus *Ἐρχιεύς* cum decem demotarum nominibus. n. 147 est *Διύλλω Ἐρχιεύς*, de qua scriptura supra in nomine demi dictum est. In monumentis privatis C. I. Herchienses occurrunt n. 627 et 628. n. 626. b in Addendis p. 915 *Εὐαγόρου Δισχροῦ Ἐρχιεύς θυγάτηρ*. In Inscr. nav. IV. f. 25 *Κρατῖνος Ἐρχιεύς*; X. b. 36 *Ἀριστόλοχος Ἐρχιεύς*. c. 160 *Θεήμεστος Ἐ.* e. 33 *Εὐθύδημος Ἐ.*, 60 *Δόκιμος Ἐ.*, 66 *Καλλίας Ἐ.*, 114 *Ἀνσίς Ἐ.*; XI. a. 30 et XIV. b. 112 *Ἀντιφῶντος Ἐρχιεύς*. Apud Ross. n. 14. B, 15 *Διοκλῆς Δρομέων Ἐ.* n. 79 *Μικαλίων Μικίωνος Ἐ.* n. 78 *Ἀστυόχος Ἐ.* n. 5. b. 11. Ap. Urlichs. n. 3. p. 60, 2 *Ἀλέξανδρος Ἀρχιδάμων Ἐ.* Ap. Meier. n. 25, 7 (pag. 52.) *Θέων Ἐρχιεύς*. n. 63, 18 *Λεινίας Λειώνος Ἐ.*, n. 65, 26 *Δρομέων Διοκλέωνος Ἐρχιεύς*. n. 10. col. I, 12 *Ἀριστόλας Ἐ.*, 16 *Ξάνθιππος Ἐ.*, col. II, 5 *Νικαγόρας Ἐ.*, n. 32 *Ἀνσιθείδης Ἐ.* Ap. Rangab. T. I. n. 57 bis *Φίλων Ἐρχιεύς*. v. supra in nomine demi. n. 259, 2 *Διοκλῆς Ἐρχιεύς*. T. II. n. 453, 14 sq. *Σώστρατος Καλλιστράτου Ἐ.* n. 880, 7.. *ατος Τελεσίνοῦ Ἐ.*, 35 *Ἀντιφῶν Ἐ.* *Δρακοντίδης Ἐ.*, 36 *Ἀριστοφῶν Ἐ.* v. 38 *Δρομέας Ἐ.*, 39 *Διοκλῆς Ἐ.*, 49 *Νικαγόρας Ἐ.*, 56 *Ἀριστόλας Ἐ.*, 60 *Ξάνθιππος Ἐ.*, 77 *Ἀνσιθείδης Ἐ.* n. 1455 *Πασικράτης Ἐ.* n. 1456 *Ἀσκληπιόδωρος Ἐ.*

De scriptura demotici haec adnotare libet. Praeter vulgarem formam contractam *Ἐρχιεύς*, quae est in plurimis titulis, forma soluta *Ἐρχιέες* exstat apud Ross. n. 5, 31. Formae genitilis non contractae genetivus singularis *Ἐρχιέως* et genetivus plural. *Ἐρχιέων* multis locis invenitur; formam contractam *Ἐρχιῶς* supra habuimus in Inscr. nav. XI. a. 30 et XIV. b. 112. Accusativum pluralis contractum *Ἐρχιᾶς* τρισυλλάβως habet Stephanus B. I. s. I.

Sed exstat etiam forma demotici *Ὀρχιεύς* apud Ross. n. 77 (v. Errata ad h. l. in calce libri de demis!) *Λεοντίου Ὀρχιέως* (ap. Rang. T. I. n. 1454), ad quem locum Rossius adnotat, formam *Ὀρχιεύς* pro *Ἐρχιεύς* simili modo inveniri ut *Ἐρχομενός* et *Ὀρχομενός*, et vulgus etiam nunc *ὀχθρός*, *ὄξω* et similia pro *ἐχθρός* et *ἔξω* etc. loqui. V. Boeckh. in Corp. Inscr. T. I. p. 722 col. I. et Oecon. publ. Ath. T. 2. p. 383 sq. ed. I.

III. Aegeidi Herchiam adscribunt Harpocratio in *Ἐρχείαθεν*, Diodori auctoritate nisus, Hesychius in *Ἐρχεία*, Stephanus Byz. et Phavorinus, qui fere eadem verba profert atque Harpocratio. Accedunt tituli apud Ross. n. 5. col. I, 31 (X tribb. aet.), n. 5. b. 11 sq. (X tribb. aet.); in Inscr. nav. X. c. 160 (X tribb. aet.); in C. I. n. 115. col. I, 26 (XII tribb. aet. v. Boeckh. p. 158); ap. Rang. T. II. n. 478, 15 (XII tribb. aet.); ap. Urlichs. n. 3. p. 60, 2 (XII tribb. aet.).

Aeantidi Herchienses adnumerat unus Scholiasta Plat. Alcibiad. I. 123 C. p. 389 Bekk., sed idem addit, quosdam Aegeidi eos adscribere: *Ἐρχιδες, δῆμος ἐπὶ τὴν Αἰαντίδα φυλὴν, ἣ ὥς τινες, Αἰγῆδα.*

IV. Ex iis Plutarchi (Vit. X oratt.) in v. *Ἰσοκράτης* locis, ubi narrat, Timotheum Cononis filium Atheniensem, Isocratis Herchiensis auditorem et amicum, Eleusine ei mortuo statuam aeream erexisse ante vestibulum porticus (§. 27), et Isocratem paterna bona bello cum Peloponnesiis gesto amisisse (§. 4), quorum irruptiones in Atticam plerasque in agrum Eleusinium factas esse scimus (Thucyd. I. 114. II. 19 sqq.), cum aliqua veri specie coniecturam facere licet, Herchiam, demum natalem Isocratis, haud procul Eleusine sitam fuisse. Accedit, quod Herchius, heros eponymus demi Herchia, deam Eleusiniam, Cererem, hospitio excepisse traditur (Steph. Byz. l. s. l.).

Constat, Herchiam patriam fuisse Xenophontis (Diog. Laert. II. 6 init.) et Isocratis (v. Plutarch. l. l. Phot. Biblioth. Cod. 260. p. 486. b. 13 Bekk.), et Alcibiadem in hoc demo agri iugera paulo minus trecenta habuisse testatur Plato in Alcib. I. p. 123 C.

N. 10.

Ἑστίαια, Ἰστίαια.

I. Demum Atticae *Ἑστίαια* s. *Ἰστίαια* fuisse, cognominem Euboeae urbi *Ἑστίαια* s. *Ἰστίαια*, quae postea *Ἥρα* vocata est, apparet ex Strabonis loco, qui est X. 1. 3 (p. 445 Casaub.): *ἐνιοὶ δ' ὑπ' Ἀθηναίων ἀποικισθῆναι φασὶ τὴν Ἰστίαιαν ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἰστιαιέων, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑρετριέων τὴν Ἑρέτριαν.* (Cf. Eustathius l. infra l.). Confirmat rem Thucydides VII. 57: *Ἀθηναῖοι μὲν αὐτοὶ Ἴωνες ἐπὶ Λωριέας Συρακοσίους ἐκόντες ἦλθον, καὶ... καὶ ἔτι Ἑστιαῖς οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες, ἀποικοὶ ὄντες συνεστράτευσαν:* quibus verbis Thucydides haud dubie significare voluit, Hestiaenses Euboeae colonos fuisse Hestiaeensium Atticorum ex demo Attico Hestiaeae. Accedit auctoritas Photii in v. *Ἰστία*, δῆμος Αἰγῆδος, ubi pro *Ἰστίαια* perperam legitur *Ἰστία*.¹⁾

Vestigium nominis demi *Ἑστίαια* fortasse latet in titulo I. A. v. 19 ap. Rossium, de qua re vide Rossium p. 5. At demoticum *Ἑστιαῖος* et *Ἑστιαῖός* multis in titulis et veterum scriptorum locis legitur.

Quum ex iis, quae modo exposuimus, appareat, originem Hestiaeae Euboicae a cognomine demo Attico repetendam esse, ea, quae de scriptura et de accentu nominis urbis Euboicae a veteribus scriptoribus traduntur, etiam ad Hestiaeam Atticam pertinere existimanda erunt. Et Stephanus B. quidem de scriptura *Ἑστίαια* et *Ἰστίαια* ita in v. *Ἰστίαια*, πόλις Εὐβοίας. Ὁμηρος „πολυστάφυλόν τ' Ἰστίαιαν“. ἣ δὲ διὰ τοῦ ἰ ἰωνικῆ γραφῆς ἐστὶ ὁ πολίτης Ἰστιαιεύς. Ἐφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαῖός φησι. καὶ Ἰστιώτης ὁ τῆς Θεσσαλικῆς. τῆς δὲ Εὐβοίας ἀδιάφορος κατὰ τὴν γραφὴν καὶ διὰ τοῦ ἰ καὶ διὰ τοῦ εἰ ψιλοῦ. Cf. idem in *Ἑστίαια*.

De scriptura et accentu vocis *Ἑ* ita Eustathius ad Homeri II. B. 537: ἣ δὲ Ἰστίαια προπαροξύτονως μὲν κατὰ τοὺς ἀκριβεστέρους ἀναγινώσκειται ὁμοίως τῇ Νίκαια, Φώκαια... γράφεται

¹⁾ Omnino noli confundere demum *Ἰστίαια* s. *Ἑστίαια* Aegeidis cum *Ἰστία* s. *Ἑστία* tribus Acamantidis.

δὲ καὶ διὰ τοῦ εἰ κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ διὰ τοῦ ι, ὥσπερ καὶ ἡ κατ' οἶκον ἰστία καὶ ἐστία λέγεται. Ἰωνικωτέρᾳ δὲ φασιν ἢ διὰ τοῦ ι γραφῆ.... ὁ δὲ γεωγράφος (Strabo l. s. l.) λέγει καὶ ὅτι, ὥσπερ ἀπὸ δήμου Ἀττικοῦ Ἐρετριέων ἢ Ἐρέτρια, ἤγουν ἀπὸ Ἐρετρίας τῆς Ἀθήνησι, ὡς πρὸ ὀλίγου ἐγράφη, οὕτως ἀπὸ δήμου Ἰστιαιέων ἢ Ἰστίαια. Phavorinus in Ἰστίαια magna ex parte cum Eustathio consentit. Adde Stephanum Byz. in Πλαταιαί.... τὸ πληθυντικὸν ὀξύνων Ἡρωδιανὸς διὰ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ μεταβολὴν ἐπικρίνει „εἰ μὲντοι μεταβάλλει τὸν ἀριθμόν, καὶ τὸν τόνον μεταβάλλει“.... δεῖ δὲ τὸ πρωτότυπον ἐνικὸν προπαροξύνειν Πλάταιαν, ὡς Αἰλῆαν Ἰστίαϊαν Δικαίαν: de quo loco lege quae adnotavit Meinekius. De accentu adi Lobeck. Paralip. I. p. 301.

Nomen demi recte ad Ἐστία s. Ἰστία, deam Vestam, referri videtur. Euboicae urbis Ἐστίαια nomen Phavorinus l. s. l. ab Hestiaea s. Histiaea, filia Hyriei, heroina repetit.

II. Nomen demoticum est Ἐστιαιεύς s. Ἰστιαιεύς, Ἐστιαιόθεν s. Ἰστιαιόθεν.

Demotici forma adiectiva Ἐστιαιεύς s. Ἰστιαιεύς exstat apud Stephanum Byz., Phavorinum, Suidam, Strabonem, firmaturque titulis ap. Ross. n. 5. col. II, 13 Ἐστιαιεύς, Ἡγησίας. C. I. T. 1. p. 389. n. 281. II. A. 10 Ἀθηνόδωρος Ἐστιαιεύς.

Formam demotici adverbialem Ἐστιαιόθεν s. Ἰστιαιόθεν habemus apud Demosth. adv. Laerit. §. 20 Σώστρατος Φιλίππου Ἰστιαιόθεν, Εὐμάχιος Εὐβοίου Ἰστιαιόθεν, et §. 34. Apud Ross. n. 14. B, 9 Ἀριστείδης Ἀνσιμάχου Ἐστιαιόθεν. n. 8. B, 24 Ἐστιαιόθεν. n. 80 Μικίνας Δικαιομένον Ἐστιαιόθεν. In C. I. n. 115. col. III, 27 Ἐστιαιόθεν Ἀρχίας Κρίτωνος. n. 629 Ἀριστείδης Ἀνσιμάχου Ἐστιαιόθεν, de quo Aristide Lys. Hestiaeens, non Alopecensi illo vide Boeckhium. In Inscr. nav. XVI. b. 104 occurrit Πολύενκτος Καλλικράτους Ἐστιαιόθεν. XVII. b. 53 simpliciter Ἐστιαιόθεν.

III. Aegeidi Hestiaeens adscribuntur a Photio (in Ἰστία!), in titulo ap. Ross. n. 5 (X tribb. aet.), n. I. A, 19 ex satis probabili Rossii restitutione, n. 8. B. 24 (XIII tribb. aet.), in C. I. n. 115 (XII tribb. aet.) et n. 281 (XIII tribb. aet.). Per omnes igitur aetates Hestiaeens Aegeidi tribui adscripti fuerunt.

IV. Quum nomen demi Ἐστίαια haud dubie cum Ἐστία, dea Vesta, eiusque cultu cohaereat, cuius templum in Piraeo fuit (V. Corp. Inscr. Gr. T. 1. n. 101. Welck. Mythol. graec. T. 2. p. 696.), facile suspiceris, demum Ἐστίαϊαν prope Piraeum situm fuisse. Idem de situ demi Ἐ. statuendum erit, si Rossii coniecturam in libro de demis Att. p. 5 propositam sequimur, qui apud Harpocrationem in τρικέφαλος pro codicum scriptura Ἐστίαν ὁδὸν legendum proponit τὴν Ἐστίαϊάνδε vel τὴν ἐς Ἐστίαϊαν ὁδόν. Nam etiam tum ex iis, quae de situ demi Ἀγκυλῇ p. 4 dicta sunt, efficietur, ut Ἐστίαϊαν prope Piraeum et Urbem sitam fuisse statuamus. Idem de situ demi Ἐ. sentiunt Hanriotus „Recherches sur la topogr. des dèmes de l'Attique“ p. 77 sq. (p. 270 in v. Ἐστίαια) et Rangab. ad n. 1457.

N. 11.

Ἰκαρία, Ἰκάριος.

I. Duplex est demi nomen, Ἰκαρία et Ἰκάριος. Alteram et quidem vulgarem nominis formam, Ἰκαρία, praebet Stephanus Byz. in v. Ἰκαρία, δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἡριγόνος. ὁ δημότης Ἰκαριεύς x. t. λ.

Altera forma, *Ἰκάριος*, exstat apud Suidam in v. *Μάγνης*, *Ἰκαρίου πόλεως Ἀττικῆς ἢ Ἀθηναῖος κωμικός*, ubi cum Meinekio in not. ad v. *Ἰκαρος* legendum est *Ἀττικῆς*. (Cf. Eudoc. Viol. s. v. M. in Villosion. Anecd. gr. vol. I. p. 302.) Idem in v. *Θέσις*, *Ἰκαρίου πόλεως Ἀττικῆς, τραγικός κ. τ. λ.* (Cf. Eudoc. Viol. s. Θ. l. I. p. 232.). Quibus locis inter se comparatis Meinekio apud Stephanum Byz. in v. *Ἰκαρος*, *νῆσος μία τῶν Κυκλάδων... β' ἔστι καὶ πόλις...* lacunam indicavit, verba *τῆς Ἀττικῆς* excidisse suspicatus. Firmatur forma *Ἰκάριος* loco Athenaei II, p. 40 B: *ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὐρεῖς ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς εὐρέθη*, et Porphyrii *περὶ ἀποχῆς* II, 10: *αἶγα ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς ἐχειρώσαντο πρῶτον, ὅτι ἄμπελον ἀπέθρισεν*.

Nomen traxit demus Icaria ab heroe eponymo Attico *Icario*,¹⁾ qui Dionysum hospitio excepisse ab eoque vitium cultum edoctus esse fertur. V. Steph. Byz. l. s. l. et Schol. Lucian. in Deor. conc. 5: *ὁ Ἰκάριος οὗτος Ἀθηναῖος ἐγερόναι γεωργός· τούτῳ φασὶ τὸν Διόνυσον δοῦναι τὸ κλῆμα πρῶτον, ἀφ' οὗ Ἰκαρίῳ ἢ πρώτῃ ἄμπελος ὠνομάσθη καὶ ἡ χώρα ἢ ἐνεγκοῦσα τὸ φυτόν*.

Fama erat, Dionysum quum sacris per Boeotiam institutis in Atticae fines, Pandione ibi regnante, demigrasset, vitem per hanc subinde terram propagandam tradidisse Icario, a quo hospitio exceptus fuerat. (Apollod. III. 14. 7. Schol. Aristoph. Equitt. 700. Unger. l. l. p. 36 sq.) Cuius cultum ut vulgaret quum per agros vino repletis utribus circumveheretur pastoresque eius dono inebriati essent, ab eorum affinibus interfectum esse narrant, quod venenum ab Icario iis datum crederent. Interfecti autem corpus eos in puteum coniecisse aut sub arbore in monte Hymetto sepelivisse. Ibi quum post longos errores (unde *Ἀλῆτις* dicebatur) Erigone, filia Icarii, patris corpus, Maera cane eam ducente, invenisset, dolore oppressam ex arbore ipsam se suspendisse. Quam ob pietatem Dionysum ipsam cum cane et Icarium inter sidera retulisse, ingratis autem Atheniensibus immisisse pestilentiam et furorem virginibus, ut exemplum Erigonae secutae ipsae se suspenderent. Quorum malorum liberationem tandem eos invenisse institutis in Erigonae memoriam festis, quae dicuntur *Αἰώρα* vel *Ἀλῆτις* (v. Hesych.), eique et patri Icario frugibus sacra facere instituisse. (V. Schol. Hom. II. 22, 29. Serv. ad Virg. Georg. II, 389. Lobeck. Aglaoph. T. I. p. 585.) Etiam *ἀσκαλισμόν* et *τὰ ἀσκάλια* ad Icarium referunt, qui ex pelle hirci, qui, ut supra apud Porphyrium legimus, vites laeserat, utrem fecit et vento plenum praeligavit atque in medium proiecit sodalesque suos circa eum saltare coegit. (V. Hygin. Poet. Astron. II. 4.) Ex qua historia repetenda origo festorum dierum, in quibus *inter pocula laeti* Atticae incolae *Mollibus in pratis unctos saliere per utres*, ut cecinit Virgilius Georg. II. 383 sq. Cf. Preller. Myth. Gr. T. I. p. 417 sqq. Schoemann. Antiquit. Gr. T. II. p. 433 sq. Welcker. *Ναῦτραγ* p. 223 sqq.

Sicut Icariae fama vitium cultu celebratissima fuit, ita etiam artis scenicae primordiis. Et *tragicæ* quidem artis cum Dionysi cultu arcte coniunctae inventor extitisse dicitur Thespis Icarionensis:²⁾ de quo v. Suid. in *Θέσις*, Bentlei. Opusc. p. 263, 276, 278. G. C. W. Schneider. *Das attische Theaterwesen* p. 27 (16) sq. et Welcker. *Ναῦτραγ* etc. p. 246 sq. 254 sq.

¹⁾ De Icario et Icaria copiose disputavit Rob. Unger. in *Electis criticis*. pag. 35 sqq. Friedlandiae et Novi Brandenburgi. 1842.

²⁾ Chron. Par. ep. 44. v. 58. Böeckh. Corp. Inscr. Gr. T. II. n. 2374.

Neque solum tragoedia apud Icarienses Thespide inventore primordia habuit, sed etiam comoediam apud Icarienses antiquissimis temporibus receptam esse constat, quum Susario,¹⁾ Philini filius, Tripodisci, vetere vico Megarensi, natus in Atticam demigrasset et apud Icarienses Dionysiacorum sacrorum cultu nobilitatos primus omnium versibus comoedias docere coepisset: quare et ipse Icariensis a Clemente Alexandrino vocatur.²⁾ Post Susarionem autem Magnes Icariensis ante Cratinum comoediam excoluit undeciesque victoriam de aemulis reportasse dicitur. (V. Meinek. l. l. p. 29 sq.)

Neque silentio h. l. praetereunda videtur Timoclis comoedia *Ἰκάριοι Σάτυροι* inscripta, de qua v. Godof. Hermann. de dramate comicosatyrico Opusc. T. I. p. 45 sq. Welcker. *Nachtrag* p. 212. Casaub. de satyrica Graec. poesi p. 150 et 154 (ed. Rambach.).

II. Nomen demoticum est *Ἰκαριεύς* et *Ἰκάριος*.

Demoticum *Ἰκαριεύς* praebent praeter Harpocratonem, Hesychium, Stephanum B., Suidam, Photium, Zonaram, Phavorinum plures veterum scriptorum loci. Isaeus c. Elpagor. ap. Harpocrat., Lysias c. Agorat. §. 54 *Ξενοφῶν ὁ Ἰκαριεύς*. Demoth. c. Conon. §. 31 *Διότιμος Ἰκαριεύς*. Accedunt hi tituli: Marmor Parium in C. I. T. II. n. 2374. ep. 39. C. I. T. I. n. 147, 4 *Πρωσιτελίδης Ἰκαριεύς*. n. 646 *Διόδωρος Θεοδώρου Ἰκαριεύς*. Inscr. nav. X. e. 43 *Τιμοκράτης Ἰκαριεύς*. 55 *Κλειάνετος Ἰκαριεύς*. 115 *Νεαῖος Ἰκαριεύς*. XVI. c. 156 *Ἀγρησίας Ἰκαριεύς*. Ap. Ross. n. 14, 17... *ξενος Νικάνορος Ἰκαριεύς*. 31... *Ἀδεμάντων Ἰκαριεύς*. 40 *Λακρατείδης Σωστράτου Ἰκαριεύς*. Ap. Meier. n. 43. col. II, 31... *ον Ἰκαριεύς*. Rangab. T. I. n. 89. A. 4 *Ἰκαριεύς*. T. II. n. 1268, 4 *Πολύκλειτος Οἰδίππου Ἰκαριεύς*. n. 2253, 8 *Γόργουινος Οἰνείδου Ἰκαριεύς*. cf. Meier. comment. epig. p. 111 extrem. Keil. Anal. epigraph. p. 147 not. 2 in inscriptione a Gerharo edita v. 4 *Ἀμωνος τοῦ Φιλοκλέους Ἰκαριεύς* certa ratione restituisse videtur.

Formae contractae, productae et solutae demotici *Ἰκαριεύς* exstant. Praeter *Ἰκαριεύς* exstat *Ἰκαριῆς* apud Ross. n. 4, 4 (ut v. 6 *Κολλυτῆς* et n. 5. col. V, 24 *Ἀζηγιῆς*) iuxta solutam et productam formam *Ἰκαριεῖς* n. 5. col. II. 8. v. Ross. p. 22 infra. Demotici forma *Ἐἰκαριεύς* exstat ap. Boeckh. C. I. n. 117, 8... *ων Ἀνθεστηρίων Ἐἰκαριεύς*.

Demoticum *Ἰκάριος* testatur Photius in v. *Ἰκαριεύς, δῆμος φυλῆς τῆς Αἰγίδος. καὶ Ἰκάριοι οἱ αὐτοί*.

III. Aegeidi Icarienses accensent Diodorus apud Harpocratonem in *Ἰκαριεύς*, Stephanus B. l. l., Hesychius, Photius, Zonaras, Phavorinus in *Ἰκαριεύς*. Confirmant tituli apud Ross. n. 5. col. II, 8 (X tribb. aet.) et n. 4, 4 in indice nominum Aegeidis, aetatis sine dubio X tribuum. Urbem Atticam vocant Suidas in vv. *Θέσις* et *Μάγνης* et Athenaeus l. s. l.

IV. Varias maximeque inter se discrepantes Virorum Doctorum de situ montis Icarii et demi Icariae sententias (v. Ross. in *Blätter für litterarische Unterhaltung* 1833. n. 104. p. 427. Leak. de demis Attic. p. 2 sq. et p. 114, L. Preller. *über die Lage der attischen Berge Aegaleus*,

¹⁾ Meinek. Comie. Gr. T. I, 18. Schneider *Das attische Theaterwesen* p. 30 (21). C. Odof. Müller. Dor. T. II. p. 350. Chron. Par. ep. 39. v. 54 sq. *ἀπ' οὗ ἐν Ἀθήναις κωμωδῶν χορὸς ἠρέθη στησάντων αὐτὸν τῶν Ἰκαριέων, εὐρόντος Σουσαρίωνος κ. τ. λ.*, ubi *Ἀθῆναι* est universa civitas, cuius pars est Icaria pagus.

²⁾ .. *κωμωδῖαν δὲ Σουσαρίων ὁ Ἰκαριεύς*. Stromat. I. p. 365 ed. Oxon. Potter. (p. 133 Sylburg.).

Corydallus, Poecilus und Icarus' in 'Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft.' 1836. n. 77 sqq.) recensuit Rossius in libro de demis p. 73. Qua de re quid ego sentiam, paucis indicabo. Quum veteres scriptores (Apollodor. III, 14. 7) tradant, Dionysum et Cererem, Pandione rege Athenis regnante, una in Atticam venisse et Cererem quidem Eleusine a rege Celeo receptam esse, Dionysum autem, ex Thebis Boeotiae profectum (Schol. Aristid. Panathen. p. 26 ed. Frommel. et Unger l. l. p. 36 sq.), per Eleutheras (Pausan. I. 38. 3. Bursian. Geog. Graec. I. p. 250) in Atticam immigrasse ibique ab Icario hospitio exceptum esse, cum qua narratione multae aliae fabulae cohaerent, quae nexum interiorem fabularum indicant, quae ad Cererem Eleusiniam, Persephonen et Triptolemum et ad Dionysum Icariumque pertinent (v. Prellerum de hac re subtiliter disputantem l. l. p. 631 sq.), quumque Statius Theb. XII. 619 Diis hospitas Icarii Celeique domus cum vicinis Melaenis componat, quumque porro constet, comoediam Susarionis ex agro Megarensi in Atticam immigrasse atque primum ab Icarisibus receptam esse (quare Susarion et ipse a nonnullis Icarisensis dictus est, v. p. 23 not. 2.): facile adducor, ut demum Icariam et montem Icarium in *occidentali* Atticae parte versus fines Megarenses et Boeotiae, inter Eleusinem, Eleutheras et Melaenas prope campum Thriasium, minime vero prope Marathonem sitos fuisse statuam. Atque ita iam sensit C. Odof. Müllerus in Dor. T. I. p. 350 et nuperrime Rossius de demis l. supra l.

N. 12.

Ἰωνίδαι.

I. Nomen demi *Ἰωνίδαι* exstat apud Stephanum Byz. in v. *Ἰωνίδαι*, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγυίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἰωνίδης κ. τ. λ., apud Photium in *Ἰωνίδαι*, δῆμος Αἰγυίδος φυλῆς, ap. Hesychium in *Ἰωνίδης* ἀπὸ δήμου. εἰσὶ γὰρ τινες Ἰωνίδαι, φυλῆς Αἰγυίδος. Invenitur praeterea in C. I. n. 115. col. III. v. 19 et n. 183. col. I. v. 5 ex Boeckhii restitutione.

Ion, filius Apollinis vel Xuthi¹⁾ et Creusae, filiae Erechthei, a quo auctore *Ἴωνες* originem repetebant, quorum clarissimi fuerunt Athenienses, non solum illustris gentis Atticae Ionidarum eponymus fuit, sed etiam demi Attici eiusdem cum gente nominis. Gentilibus autem olim loci quoque sive habitationis communionem fuisse et gentis nomen in regionis a gente habitatae nomen abisse, exemplis docuit M. H. Ed. Meier. de gentilitate Attica p. 35.

II. Nomen demoticum *Ἰωνίδης* exstat apud Stephanum Byz. et Hesychium. Occurrit etiam in titulis apud Boeckh. C. I. n. 115. col. III, 19 *Ἰωνίδαι Δημοσθένος Σατύρου*. n. 183. col. I, 5 *Ἰωνίδαι... γένης Φιλοτι... Ἐπιγένης Ἀνδροκλέους*. n. 297 bis, ex Boeckhii restitutione. n. 295, 2... *ἀνδρον Ἰωνίδης*. n. 303, 2 ex Boeckhii restitutione. Apud Ross. n. 8. B. v v. 22 et 25. n. 92 *Ἐπικράτης Κηφισίου Ἰωνίδης*; ap. Urlichs. n. 3. p. 58 extr. *Ξένων Ἐρμαγόρου Ἰωνίδης*.

III. Ionidae in Aegeide ponuntur a Stephano Byz., Hesychio, Photio. Eidem tribui vindicantur in C. I. n. 115 (XII tribb. aet.), n. 183 (XII tribb. aet.), ap. Urlichs. n. 3. (XII

¹⁾ Steph. Byz. in *Ἰωνία* et in *Βούρα*.

tribb. aet.), et ap. Ross. n. 8 (XIII tribb. aet.). Itaque etiam instituta Hadrianide tribu Ioniae antiquam in Aegeide sedem obtinuerunt.

IV. Quum Gargettus, de quo in demo cognomine N. 6. p. 13 diximus, pater Ionis dicatur (Pausan. VI. 22. 7), nonnulli Viri Docti, in quibus Rossius p. 74, Rangabeus Vol. II. ad n. 1487 et Hanriotus p. 232 not. 42 suspicati sunt, Ionidarum sedem vicinam fuisse demo Gargetto. Contra ea quum Ionem, demi Ionidarum eponymum, in pago Potamo sepultum ferant (Pausan. I. 31, 2), qui pagus Paraliae orientalis fuit inter Thoricum et Prasias (Strab. IX. p. 398), et apud Scholiastam Plat. Apol. p. 322 Bekk. legamus: *Ἀνκων μέντοι πατήρ ἦν Ἀντολύνκον, Ἰωνίδης*¹⁾ γένος, δῆμον Θορέϊος, Schoemannus de phratriis Atticis p. 8 sq. (Opusc. V. I. p. 177 sq.) etiam Ionidarum gentem et pagum prope Thoricum fuisse censuit. Quas Virorum Doctorum opiniones, quum veterum scriptorum testimoniis nihil certi de sede Ionidarum constet, h. l. commemorasse sufficiat.

N. 13.

Κολλυτός.

I. Mirari subit, qui factum sit, ut tot Viri Docti in scribendo demi Κολλυτός nomine ad hoc usque tempus haeserint, quum, si titulos antiquos adhibuissent, litem uno fere momento composuissent. Libri manu scripti constanti fere vitio praebent Κολυτός, Κολυτεύς,²⁾ Κωλυπένς,³⁾ at frequentes lapides constanter Κολλυτός⁴⁾ cum duplici λ et simplici τ, quam scripturam iam Taylorus ad Aeschinem in Ctesiph. §. 138 (p. 531 ed. Reisk.) commendaverat, quaeque iamdiu vera cognita erat in Sponii et Wheleri libro 'Voyage d'Italie etc.' T. 2: 'Liste de l'Attique', LXXXI: Κολλυτός. Cf. F. Osann. in Additament. ad Stuart. et Revett. 'Alterthümer von Athen' T. II. p. 701. Nomen demi exhibent Harpocratio in Κολλυτεύς · Αισχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχον (§. 157). δῆμός ἐστι Αἰγιδός Κολλυτός, idem in v. Ἰσχανδρος, Hesychius et Phavorinus in Κολυτός. Adde Strabon. I. p. 65 et 66 Casaub., Lys. contra Diogit. §. 14, Demosth. p. coron. §. 118, Aeschin. l. l. et in Epist. V. §. 6, Apollon. vit. Aeschin. p. 489 (Oratt. Gr. ed. Paris. Didot.), Dionys. Halic. in censura Lysiae cap. 25, Plut. Demosth. cap. 11, Alciphron. Epist. I. 39. extrem., Himer. ap. Photium in Biblioth. p. 375. b. 6 Bekk. Accedunt lapides, qui multis locis hunc demum et demotas praebent. V. Rangab. T. I. n. 56, n. 57, n. 59. T. II. n. 849. A. 2 (Cf. Corrigenda p. 1043.). n. 882, 31 sq. Apud Ross. n. I, A. 14 ex Rossii restitutione p. 5. n. 18, 2 et 17.

Hic demus urbanus, confinis demo Melitae, nomen accepit a Collyto Atheniensi, patre Diomi, a quo Herculem, quum Athenas venisset, hospitio exceptum esse narrant. V. quae supra N. 7. de Diomo diximus. Alii originem nominis demi Κολλυτός repetunt a planta κολυτέα (Theoph. H. Plant. III. 14, 4. Colutea arborescens L.), ut Κολλυτός locum colutearum feracem significet. V. Forchhammer. in 'Topographie v. Athen' p. 81.

¹⁾ Ita enim scribendum est pro Ἰων cum Meiero de gentilit. Attic. p. 47.

²⁾ V. Suid. in v. T. II. P. I. p. 322 ibique not. Bernhard.

³⁾ V. Suid. in v. T. II. P. I. p. 376 ibique not. Bernhard.

⁴⁾ Tuetur hanc scripturam v. Κολλυτός Theognostus in Crameri Anecd. Graec. Oxon. V. II. p. 75 sq.

II. Nomen demoticum *Κολλυτεύς* praebent praeter Harpocrationem et Suidam (V. supra n. I. et nott.) Aeschines c. Timarch. §. 41 *Μισογόλας Κολλυτεύς*. c. Ctesiphont. §. 138 *Θρασύβουλος ὁ Κολλυτεύς*. Demosthenes de coron. §. 75 *Ἀριστοφῶν Κολλυτεύς*. Except. adv. Pantaenet. §. 4 *Μνησικλῆς Κολλυτεύς*. Timocrat. part. suspect. §. 134 *Θρασύβουλος ὁ Κ.* et *Ἀγύρριος ὁ Κ.* Dinarch. c. Demosth. §. 76 *Κέφαλος ὁ Κ.* Xenoph. Memorab. II. 7. 6. *Δημέας ὁ Κ.* Hist. Gr. V. 1. 26 *Θρασύβουλος ὁ Κ.* Plut. Vit. X rhet. in Hyperid. init. *Περειδῆς Γλανκίππου ... Κολλυτεύς*. Alciph. III. ep. 34. *Τίμων ὁ Κ.* Exhibetur demoticum *Κολλυτεύς* in his titulis: in Corp. Inscr. T. I. n. 115. col. II. 45 sq. v. 8 et 28 *Καλλικράτης Κολλυτεύς*. V. Boeckh. p. 159. col. II. n. 139, 4 *Εὐφημος Κ.* n. 270. I. 16 et III, 2 *Λικίντιος Πολύαινος Κ.* n. 276, 3 *Ὀφίλλιος Ἀρίστων Κ.* In monumentis privatis n. 661 — 663. In Addend. p. 916 n. 662, b. In Inscr. nav. X. c. 166 *Μνησικλῆς Κ.* XIII. c. 105 et XIV. d. 247 *Περειδῆς Γλανκίππου Κ.* Apud Meier. n. 10, 35 *Σώφιλος Κ.* n. 66. II, 16. Ap. Rangab. T. I. n. 57, 20 *Ἰασος Κ.* n. 117, 37 *Δημήτριος Κ.* T. II. n. 381, 58 *Θρασύβουλος Κ.* n. 510, 9. n. 971, 15 *Ἰάσων Κ.*

Forma soluta *Κολλυτέες* exstat ap. Ross. n. 5. col. I, 25, in C. I. n. 183. col. III, 6; forma contracta *Κολλυτῆς* ap. Ross. n. 4, 6.

III. Aegeidi Collytum adnumerant Harpocratio, Suidas in v. *Κολυτεύς* (sic!) et in *Κωλυτεύς* (sic!). Simpliciter demum vocant Diogenes L. III. 3, Plutarchus in Vit. X rhet. I. 1, Hesychius, Phavorinus, Scholiasta Aeschin. c. Timarch. §. 157. Pariter in lapidibus Collytenses Aegeidi attribuuntur. Vide Ross. n. 5 (X tribb. aet.), n. 4 (eiusdem, ut videtur, aetatis), n. 1 (XII tribb. aet.). v. Ross. p. 5 init. Inscr. nav. X. c. 166 (X tribb. aet.), C. I. n. 115 (XII tribb. aet.) et n. 183 eiusdem, ut videtur, aetatis.

IV. In iis quae de situ demi urbani Collytus dicenda restant, maxima ex parte Sauppium p. 14 sq. auctorem sequi licet. Ex Strabonis loco, qui est lib. I. 4. §. 7 (p. 65 Casaub.): *Ἐξῆς δὲ περὶ τῶν ἡπειρῶν ἐπιόντων (Eratosthenes) γεγονέναι πολλὸν λόγον, καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν αὐτὰς ..., τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς ..., οὐχ ὁρᾶν φησι, πῶς ἂν εἰς πράγματα καταστρέφοι ἢ ζήτησις αὐτῇ, ἀλλὰ μόνον ἔρην διαιτώντων κατὰ Δημόκριτον εἶναι. μὴ ὄντων γὰρ ἀκριβῶν ὁρῶν, καθάπερ Κολλυτοῦ καὶ Μελίτης, οἷον στηλῶν ἢ περιβόλων, τοῦτο μὲν ἔχειν φάναι ἡμᾶς, ὅτι τούτῳ μὲν ἐστὶ Κολλυτὸς τούτῳ δὲ Μελίτη, τοὺς ὁροὺς δὲ μὴ ἔχειν εἰπεῖν κ. τ. λ.* apparet, Eratosthenem dixisse, Europam, Asiam, Libyam non magis certis terminis distingui, quam Collytum a Melite (cf. §. 8, p. 66 Casaub.): quod post Groskurdium, Strabonis interpretem, bene intellexit P. W. Forchhammer. *Stiefel Studien* p. 350 sq. (Topog. Ath. p. 78 sq.), quum I. Meursius de populis Atticae, Leakius top. Ath. p. 316 edit. Turic., alii, in contrariam partem acceperissent. Videmus igitur demos urbanos Meliten et Collytum ita confines fuisse, ut interdum dubitari posset, ad utrum illorum demorum fundus vel domus pertineret. Porro ex Plutarcho π. φρυγῆς cap. 6: *τὸ δὲ σε μὴ κατοικεῖν Σάρδεις, οὐδὲν ἐστίν, οὐδὲ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες κατοικοῦσι Κολλυτόν, οὐδὲ Κορίνθιοι Κράνιον, οὐδὲ Πιτάνην Λάκωνες*, intelligimus, Collytum amoenissimum vicum Athenarum habitum esse, pariter atque Pitane Spartae insignem fuisse tradunt et Craneum Corinthi. Ex oratione autem, qua Himerius Ampelium, Valentiniano et Valente imperantibus proconsulem Graeciae, laudaverat, Photius in Bibliotheca (p. 375. b, 6 sqq. Bekker. Cod. 243) haec excerpserat, quae ad Collytum pertinent: *στενωπός*

τις ἤν Κολλυτὸς οὕτω καλούμενος ἐν τῇ μεσαιτάτῃ τῆς πόλεως, δῆμον μὲν ἔχων ἐπώνυμον, ἀγορᾶς δὲ χρεῖα τιμώμενος. κατὰ δὲ κλέος τὸ πάλαι ἔρχεται καὶ οὗτος ἐπὶ τὸν τόπον, ἐπὶ τῆς φήμης δημαγωγούμενος. ἰδὼν δὲ τὴν μὲν φύσιν ἡγάσθη τοῦ τόπου, τῇ κατασκευῇ δὲ ἡσχύνθη ἐπὶ τῆς πόλεως, οὐ μὴν ἀρῆκε πλέον ἐρυθριᾶσαι τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ πράγματι. Unde Collytum vicum, demi nomen habentem, in media urbe situm fuisse discimus, insignem et clarum vicini fori (ἀγορᾶς) usu.¹⁾ Deinde Himerius dicit, Ampelium, quem in urbibus Graeciae exornandis summam curam posuisse antea praedicaverat, gloria loci antiqua commotum Collytum visisse et naturam quidem regionis admiratum, sed statum et habitum templorum, aedificiorum, arearum indignatum esse; pro clementia igitur et benignitate sua religiose curasse, ut omnia in veterem pulchritudinem et munditiam restituerentur, ne postea regionis amoenissimae conditio urbi pudori esset. In hoc demo propter viciniam fori sine dubio pueri mense citius loqui iocose dicebantur. Tertullian. de anima cap. 20: 'Thebis hebetes et brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi et dicendi acutissimos, ubi penes Collytum pueri mense citius eloquuntur praecoce lingua.' Itaque in deliciis pueri Collytenses. Et Herodes quidem Atticus Alexandro Sophistae, ἐπειδὴ ἤκουσεν αὐτὸν χαίροντα νέαις φωναῖς, praeter alia dona misit δύο ἐκ Κολλυτοῦ παιδία ψελλιζόμενα (Philostrat. Vit. Sophist. II. 5. 3). In Collyto praeterea theatrum²⁾ erat, ubi in suburbanis Bacchanalibus comoediae agebantur (Aeschin. c. Timareh. §. 157). Ibi quum Aeschines orator, Cothocides, qui quadraginta quinque annos in Collyto habitabat (Aeschin. Epist. V. §. 6), histrio Oenomai personam tragicam sustinens Pelopem persequens turpiter cecidisset (v. Harp. in Ἰσχανδρος, Apollon. grammat. et anonym. auct. vitae Aeschinis p. 489 et sq. ed. Paris. Didot.), Demosthenes eum Cothociden Oenomaum appellavit (Demosth. de coron. §. 180). Nominis celebritatem Collytus etiam ex eo habebat, quod princeps philosophorum, Plato, ibi natus erat (Diog. Laert. III. 3.) et Timon ὁ μυσάνθρωπος (Lucian. Tim. 7, 44 et 50. Alciphron. Epist. III. 34.). Collytenses etiam fuerunt Hyperides, orator clarissimus (Plut. Vit. X oratt.) et Thrasybulus, orator, legatus, imperator, qui cum celeberrimo Thrasybulo Stiriensi, libertatis Atheniensium vindice, in iis fuit, qui Phylen occupaverunt et e Piraeo tyrannos oppugnaverunt. Aeschin. c. Ctesiph. §. 138. Demosth. Timocrat. pars susp. §. 134. Meier. Comm. epig. p. 7.

N. 14.

Κολωνὸς ἵππιος.

Antequam de demo Colono equestri, qui tribui Aegeidi accensebatur, dicere instituiam, pauca de utroque Colono — duos enim Colonos fuisse constat — et equestri et forensi praefanda videntur, quo commodius explicetur disquisitio nostra.

¹⁾ Bursian. Geogr. Graec. T. 1. p. 275: Collytos, das an Melite grenzte, ohne daß man die Grenzen zwischen beiden bestimmt aufzeigen konnte, umfaßte den südlich und östlich von der Agora unter der Nordseite der Akropolis gelegenen Mittelpunkt der Stadt. V. tabul. geogr. V. (ichnograph. Athen.)

²⁾ V. Schneider. 'Das attische Theaterwesen' p. 50 (53). Schoem. Antiq. Graec. T. 2. p. 436.

I. Voces *κολωνός* et *κολώνη* significant tumulum, collem, locum editum in campo plano. v. Etym. M. in *κολώνη*, Suidas in *κολωνός*, Schol. Hom. Il. II. 811.

Sed duo *Κολωνοί*,¹⁾ a veteribus scriptoribus modo *τόποι* modo *χώροι* s. *χωρία* dicti, prae aliis in agro Atheniensi distinguuntur, de quibus, ut ex Harpocrate in v. *Κολωναίτας* discimus, Diodorus periegeta et Philochorus in tertio Atthidis peculiaribus libris egerant, qui libri temporum iniuria interierunt. Et alter quidem *Κολωνός*, decem circiter stadia ab Urbe situs, Neptuno *ἱππῖο*²⁾ et Minervae *ἱππία* sacer erat, unde et ipse *ἱππιος*,³⁾ equester, dicebatur, quo convenire solebant *ὀρεωκόμοι*, muliones (v. Salustii Pyth. Argum. Oed. Colon.). In hunc tumulum Atticae patria profugus primum confugisse traditur Oedipus (Schol. Hom. Odys. 11, 271. p. 495 sq. Dindorf.), indeque nuntium misisse ad Theseum, regem Atheniensem: unde fabula Sophoclis *Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ*, quam ad honorandum locum natalem pepigit poeta clarissimus. (Argum. I. Oed. Col. in Poet. scen. Gr. ed. Dindorf.)

Sed fuit et alter *Κολωνός*, et quidem in ipsa Urbe prope forum, ubi fuit fanum Vulcani et Eurysacis (Harpocrat. in *Κολωναίτας*), pone porticum longam (Schol. Aristoph. Av. 997.), in quem convenire solitos narrant *τοὺς μισθαροῦντας* i. e. mercenarios, qui mercede operam suam locabant, *κολωναίτας* (Harpocrat. Suid.) vel *κολωνίτας* (Pollux VII. 132) dictos, isque Colonus urbanus *ἀγοραῖος* vel *μίσθιος* vel *ἐργατικός* dicebatur.⁴⁾ Ad hunc Colonus forensem et ibi congregatos mercenarios referendum est tritum illud proverbium *ὅψ' ἤλθες, ἀλλ' εἰς τὸν Κολωνὸν ἔεσο*:⁵⁾ huc enim remittebantur, qui ad opus faciendum sero accedebant ideoque novum sibi dominum quaerere iuebantur versu proverbiali *ὅψ' ἤλθες κ. τ. λ.*

¹⁾ V. Harpocrat. in *Κολωναίτας*: *ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ τοῦ θρασέου τοῦ μισθωτοῦ Κολωναίτας ὠνόμαζον, ἐπειδὴ παρὰ τῷ Κολωνῷ εἰσῆλκεσαν, ὅς ἐστι πλησίον τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα τὸ Ἡρασιεῖον καὶ τὸ Εὐρουσάκειον ἐστὶν· ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Κολωνός οὗτος ἀγοραῖος. ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνός πρὸς τὸ τὸν Ποσειδῶνος ἱερὸν, ὃς ὑπερίδης ἐν τῷ καὶ Ἀντοκλέους· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων. Φερεκράτης Πειτῶν, οὗτος πόθεν ἦκει; ἐς Κολωνὸν ἔμην, οὐ τὸν ἀγοραῖον ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.* Δημοσθένης ἐν τοῖς *Κολωνήθεν* φησι· περὶ τῶν Κολωνῶν Λισδωρός τε ὁ περιηγητής καὶ Φιλόχορος ἐν γ' Αἰθίδος διεξήλθεν. V. Suid. in *Κολωνίτας* et in *Κολωνάων*. Argum. III Oed. Col. Soph. in Dindorfii Poet. scen. Graec.

Pollux VII, 132 (p. 305 Bekker.) οἱ δὲ *κολωνίτας*, ὡς ὑπερίδης· δυο γὰρ ὄντων Κολωνῶν ὁ μὲν ἱππιος ἐκαλεῖτο, ὃς Σοφοκλῆς μέμνηται ὡς Οἰδίποδος εἰς αὐτὸν καταφυγόντος, ὁ δ' ἦν ἐν ἀγορῇ παρὰ τὸ Εὐρουσάκειον, ὃς συνήεσαν οἱ μισθαροῦντες· ὅθεν καὶ τοῦτ' ἐστὶν εἰρημένον· ὅψ' ἤλθες, ἀλλ' ἐς τὸν Κολωνὸν ἔεσο. Adde Etym. M. p. 528 (p. 478 edit. Sylburg, Lips.) in *Κολωνός*. Etym. Gudian. p. 335 in v. *Κολωνός*. I. Meurs. in Reliq. Att. cap. VI.

²⁾ Ita dictus est Neptunus, quod in certamine cum Minerva equi et omnino rei equestris inventor credebatur. Pariter Minerva *ἱππία* dicitur, quod prima currum invenit. Suid. *ἱππία Ἀθηνᾶ*.

³⁾ Variant cognomenta Coloni equestris. *Κολωνός ἱππιος* est in argumento III Oed. Col., ap. Pausan. I. 30. 4, Schol. Aeschin. c. Timarch. §. 125, Etymol. M. in *Κολωνός*, Polluc. I. s. l. *Κολωνός ὁ τῶν ἱππέων* legitur ap. Harpocrat. l. l., in argum. III Oed. Col., ap. Suidam Bernhard. in v. *Κολωνίτας*. *Κολωνός ἱππιεύς* exstat apud Androton. in schol. Hom. Odys. XI, 271 et apud schol. Soph. Oed. Col. 711 et 712; *ἱπποῖτης* dicitur in Etymol. M. et in Gudiano.

⁴⁾ *Κολωνός ἀγοραῖος*: Hyperid. ap. Harpocrat., Pherecrat. in argum. III Oedip. Col., Etym. M.; *Κ. μίσθιος* Philochor. ap. Schol. Aristoph. Av. 998; *Κ. ἐργατικός* Schol. Aeschin. c. Timarch. §. 125.

⁵⁾ V. Argum. III Oed. Col. Suid. et Phot. in *ὅψ' ἤλθες*. Hesych. in *Κολωνός*. Phavorin. *ὅψ' ἤλθες*. Paroemiogr. Graec. ed. a Leutsch. V. I. p. 444. II. p. 598.

Uterque Colonus, ut iam supra dictum est, a veteribus scriptoribus modo *χωρός* s. *χωρίον*, modo *τόπος* dicitur.¹⁾ Sed *demum* Colonensium exstitisse et tituli²⁾ permulti et Sophoclis³⁾ memoria ex demo Colono oriundi et alii quidam veterum scriptorum loci⁴⁾ luculenter testantur. Et *demus*⁵⁾ iam antea iure meritoque habitus est *Κολωνός ἱππιος*, Sophoclis locus natalis, quem decem stadia ab Urbe situm dicit Thucydides VII. 67. *Κολωνός* vero *ἀγοραίος* s. *μίσθιος vicus* urbanus vulgo habebatur, et hoc quidem tempore Viri Docti fere eam sententiam secuti sunt, ut Colonom forensem s. urbanum non vicum, sed nihil nisi locum editiorem ad forum fuisse iudicarent. Sed nomen illud — H. Saupprii haec est argumentatio l. l. p. 18 sq. — latius patuisse et partem Urbis colli illi finitimam ita nominatam esse, locus Aeschinis c. Timarch. §. 125 ostendit: *τὴν ἐν Κολωνῷ συνοικίαν τὴν Δήμωνος καλουμένην*, ubi Colonom urbanum intelligendum esse patet. Deinde etiam ex iis, quae Scholiastae ad Aristophan. Avv. 997 adnotaverunt, colligi potest, Colonom forensem certe vicum fuisse Urbis. Unus eorum ait: *μήποτε οὖν τὸ χωρίον, φασί τινες, ἐκεῖνο πᾶν, ὃ περιλαμβάνεται καὶ ἡ πνύξ, Κολωνός ἐστιν ὁ ἔτερος ὁ μίσθιος λεγόμενος, οὗ μέρος τι νῦν σὺνηθες γέγονε Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὅπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς· ἀλλ' οὐκ ἔστι. Μελέτη γὰρ ἔπαιον ἐκεῖνο*. Accedit aliud. Tribum, cui *demus* Colonus, attributus fuerit, grammatici non indicant, sed in Boeckhii Corp. Inscr. Gr. T. I. titulo n. 172 aetate decem tribuum Colonenses Antiochidi attribuuntur, quum tituli n. 115 et n. 183 duodecim tribuum aetate eos Aegeidis fuisse demonstrent. Porro in libro Rossii de demis tit. I aetate duodecim tribuum ad Leontidem, in tit. VII aetate tredecim tribuum ad Ptolemaidem referuntur. Denique in catalogo eorum, quos ab Atheniensibus in bello Samio duces creatos esse scholiasta Aristidis p. 182 Frommel. (T. III. p. 485 Dind.) Androtione auctore refert, ex constanti legitimoque tribuum ordine intelligitur, Colonom (*ἱππιον*), ex quo Sophocles poeta et praetor oriundus fuit, Periclis i. e. X tribuum aetate Aegeidi tribui, quum Sophocles poeta *ἐκ Κολωνοῦ* secundo loco, quem inter tribus Atticas Aegeidem obtinere constat, praetor ponatur.⁶⁾

¹⁾ Cf. Paus. I. 30. 4 *δείκνυνται δὲ καὶ χωροὶ καλούμενοι Κολωνός ἱππιος, ἐνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα*. Hesych. in *Κολωνοῦ τόπος ἐν τῷ ἄσπετι*. Etym. Mg. in *Κολωνός*... καὶ ἄλλο χωρίον ἐκαλεῖτο Κολωνός ἱππότης. Etym. Gudian. in *Κολωνός* fere eadem verba habet.

²⁾ Vide titulos in demotico. Ross. de demis ad n. 1. p. 10 sq. et p. 29. ad n. 7.

³⁾ Vit. Sophocl. *Ἐγένετο οὖν Σοφοκλῆς τὸ γένος Ἀθηναῖος, δήμου Κολωνήθεν*. Suid. in *Σοφοκλῆς Σοφίλου Κολωνήθεν, Ἀθηναῖος*. Eustath. ad Hom. Iliad. B. 811. Argum. I Oed. Col. Soph. *τὸ δὲ δράμα τῶν θαυμασιῶν· ὃ καὶ ἡδὴ γενηρακῶς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνήθεν· ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἀποδείξαι*. Marmor Parium ep. 56. v. 72 *Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ*. Schol. Aristidis ed. Frommel. p. 182 (T. III. p. 485 Dindorf.): *Σοφοκλῆς ἐκ Κολωνοῦ ὁ ποιητής*.

⁴⁾ V. Eustath. ad Hom. Il. B. 811, p. 284 ed. Lips. *καθότι Κολωνός μὲν δῆμος αὐτῷ (Σοφοκλεῖ) ἐν Ἀθήναις, ὃ δὲ ἐκεῖθεν δημότης, ὁποῖος καὶ αὐτός, Κολωνήθεν ἐλέγετο φῦναι, οὐ Κολωνόθεν, ὡς ὅμοιον ὃν Κολωνόν καὶ Κολώνην εἰπεῖν, καὶ ἐκ Κολωνοῦ καὶ Κολωνήθεν. κ. τ. λ.* Callimach. ap. Schol. Hom. Odys. 14, 199 *Ἐκ με Κολωνάων τις ὁμῆστιος ἦγαγε δῆμου τῶν ἐτάρων*. Cf. Suid. in *Κολωνάων*. Schol. Aristoph. Avv. 997 sq. *Εὐφρόνιος δέ, ὅτι (sc. Μείων) τῶν δῆμων ἦν ἐκ Κολωνοῦ κ. τ. λ.*

⁵⁾ V. Vit. Soph., Argument. Oed. Col. I, II et III, Soph. Oedip. Col. 59 sqq.

⁶⁾ *Τῶν δέκα στρατηγῶν τῶν ἐν Σάμῳ τὰ ὀνόματα κατὰ Ἀνδροτίωνα· Σωκράτης Ἀναγυράσιος, Σοφοκλῆς*

Etiam hoc premendum est, in hoc catalogo Androtionis et in titulis illis, qui Colonom demum Aegeidi tribuunt, demotas dici ἐκ Κολωνοῦ, ut Sophocles ἐκ Κολωνοῦ, qui idem dicitur Κολωνῆθεν, (v. p. 29. n. 3.); at contra in titulo 172, qui et ipse X tribuum aetatis est, eos, qui Antiochidi tribuuntur, Κολωνεῖς appellari. Rectissime igitur Rossius p. 11 statuere videtur, duos demos Colonos antiquitus fuisse, alterum Aegeidis, alterum Antiochidis, et quum equestrem (ἵππιον), cuius demota Sophocles fuit poeta et praetor, catalogus ille Androtionis X tribuum aetate ad Aegeidem pertinuisse doceat, alterum Colonom i. e. ἀγοραῖον eadem X tribuum aetate Antiochidi tribuendum esse. Rossii rationibus adsentitur Boeckhius in Oeconom. civit. Athen. Ed. II. V. 2. p. 302 sq. Sed quod Rossius firmis rationibus ductus demonstravit, duos demos Colonos antiquitus exstitisse, id luculento testimonio comprobare possum, quod usque adhuc omnes, qui de Colonis disputaverunt, fugit. Scholiasta enim Aeschinis c. Timarch. §. 125. p. 498 ed. Didot. diserte scribit: Ἄνθρωποι εἰσὶ Κολωνοὶ δῆμοι τῆς Ἀττικῆς. καὶ ἐν τῷ μὲν ἐργάται ἦσαν καὶ ἐκέκλητο ἐργατικοί, ὁ δὲ ἕτερος ἵππιος. Ἀθλοῖον οὖν ἐν ὁποτέρῳ Κολωνῶν. Ἐν δὲ τῷ ἐργατικῷ οἱ ἀγοραῖοι καὶ οἱ μισθαροῦντες ἦσαν.

In calce disquisitionis de duobus demis, quibus nomen Κολωνός fuit, addere libet, Callimachum, poetam Alexandrinum, apud Schol. Hom. Odys 14, 199 (edit. Dindorf. Oxon. T. II. p. 587 sq.) Κολωνάς (ab nominativo Κολωναί) dixisse: καὶ τὰς Ἀθήνας γὰρ ποτὲ ἐνικῶς, ποτὲ πληθυντικῶς ὀνομάζει. τοῦτο δὲ ζηλώσας ὁ Καλλιμάχος τὸν Κολωνὸν θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς εἶπεν.

„ἐκ με Κολωνάων τίς ὁμέστιος ἤγαγε δῆμον
τῶν ἐτάρων.“

Quod notavit Suidas in v. Κολωνάων καὶ νησάων. παραλόγως ἐχρήσατο Καλλιμάχος. οὐ γὰρ παρέρχεται ἀπὸ τῆς Κολωνῆς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Κολωνοῦ. Confirmat formam Κολωναί Schol. Thuecyd. I. 131 ad verba ἐς δὲ Κολωνάς τὰς Τροάδας] εἰσὶ γὰρ καὶ Ἀττικαί.

Demus Colonus, de quo h. l. agitur, nomen traxit ab heroe eponymo Κολωνός [Cephisii filio, Eunosti, a quo nominata est gens Attica Εὐνοστίδαι, patruo. Plut. Quaest. Graec. cap. 40.], cuius statua ibi erat posita. Soph. Oed. Col. 58 sqq.: οἱ δὲ πληστοὶ γύναι

τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὐχονται σφίσιν

ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρονσι τοῦνομα

τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὀνομασμένοι. (v. Schol. ad v. 60 et 65.) Quo loco

Reisigius in Comment. crit. p. 183, Doederleinus in edit. Erfurdt. p. 237, alii, pronomen τόνδ' recte de statua herois illo loco ab incolis culti interpretati sunt.

II et III. Demonstratis duobus demis, quibus nomen Κολωνός fuit, de nominibus demoticis, quae apud veteres scriptores et in titulis leguntur, ἐκ Κολωνοῦ, Κολωνῆθεν et Κολωνεῖς dicendum est, ut appareat, ad quem demum Colonom singula demotica pertineant. Praeterea exquirendum erit, cui tribui vel quibus tribubus variis tribuum aetatibus Colonus equester, cui vel quibus Colonus forensis adscriptus fuerit. Quumque, ut supra p. 29. n. 3.

ἐκ Κολωνοῦ ὁ ποιητής, Ἀνδοκίδης Κυδαθηναίεύς, Χρόων Σκαμβονίδης, Περικλῆς Χολαργεύς, Γλαύκων ἐκ Κεραμεῶν, Καλλιστράτος Ἀχαρνεύς, Ξενοφῶν Μελιτεύς. Cf. Ross. l. l. p. 10. not. 6.

demonstravimus, Sophocles poeta et praetor, e demo Colono *equestri* oriundus, et *Κολωνῆθεν* et *ἐκ Κολωνοῦ* dictus sit, isque demus certe belli Samii i. e. X tribuum aetate *Aegeidi* adscriptus fuerit, ab his demoticis, quae ad Aegeidem pertinere constat, initium faciendum erit.

Et primo quidem loco de demotico *Κολωνῆθεν* dicemus. A forma *Κολωναί*,¹⁾ de qua supra in nomine demi diximus, licet non usitata Atticis, adverbium cum adiectivi gentilis significatione formatum est properispomenon *Κολωνῆθεν*, quod *Κολώνηθεν* proparoxytonon scripsit Eustathius (p. 29. not. 4.) et scribere debuit, quum a *κολώνη* derivaret.

Demoticum *Κολωνῆθεν* legitur apud Demosthenem c. Mid. §. 64 (laudatum ab Harporatione) *Φιλόστρατος ὁ Κολωνῆθεν*, in Neaer. §. 22 *Φ. ὁ Κολωνῆθεν* et §. 23 idem *Φ. Διονύσιον Κολωνῆθεν*. In argum. I. Oed. Col. Soph. pro *ἦν γὰρ Κολωνῆθεν* Aldina habet *Κολωνῶθεν*, quod ut inusitatum merito reiecit Eustathius.²⁾ In C. I. n. 200, 27 occurrit *Φίλητος Παρμενίσκον Κολωνῆθεν*. n. 295, 8... *νος Κολωνῆθεν*. n. 664 *Κόνων Μενεχράτου Κολωνῆθεν*. n. 796 *Μηνόδωρος Κολωνῆθεν*. In Inser. nav. X. f. 36 et 37 *Διονύσιος Κολωνῆθεν* et *Φιλόστρατος Κολωνῆθεν*. Cf. Boeckhii not. p. 391. Apud Rangab. T. II. n. 856, 6 *Εὐρύδικον Κολωνῆθεν*. Apud Ross. n. 109 *Διονύσιος Κολωνῆθεν*. Incertum est demoticum in his Rossii titulis: n. 7, 6 in Ptolemaide XIII tribb. aet. *Θεόδωρος Κολω...* et n. 17, 14... *ος Προκλέους Κολω...* X tribb. aet., ap. Meier. n. 10, 1... *ωνίδης Κολων...*

Demoticum *ἐκ Κολωνοῦ* pari vi ac *Κολωνῆθεν* de Colono *equestri*, patria Sophoclis, dictum esse apparet ex Marmore Pario, Scholiasta Aristidis, Suida, vit. Sophocl. et ex argumento I Oed. Col. Soph., et diserte testatur Eustathius l. l. Exstat in C. I. n. 115, 24 *ἐκ Κολωνοῦ... Ἀνσιζλῆς Ἀνσιζλέους* (Aegeidis XII tribb. aet.) ibique Boeckh. p. 158. n. 183, 6 *ἐκ Κολωνοῦ Ἄνθος Νικηράτου Δημήτριος Σπενσιγράτους* Aegeidis. v. Boeckh. p. 315. In Appendice p. 916. n. 664. b. *Ποσειδίππος Καλλιππὸν ἐκ Κολωνοῦ*. Ap. Ross. n. 14, 27... *ης Πανσιμάχου ἐκ Κολωνοῦ*. Ap. Meier. n. 10. col. I, 14 *Ἀρισταγόρας ἐκ Κολωνοῦ*. col. II, 8 *Πανσιμαχὸς ἐκ Κολωνοῦ*. Et rursus in eodem titulo col. II, 1 *Φιλωνίδης Κολων...*, ubi suppleri potest *Κολωνῆθεν* et *Κολωνεύς*, ut recte monet Meier. ad h. l. n. 66. I. A, 7 *Δημοκλῆς ἐκ Κολωνοῦ*. Ap. Rangab. T. II. n. 2337, 37 occurrit *Σοφοκλῆς Ἰοφῶντος ἐκ Κολωνοῦ*, nepos Sophoclis tragici.

Demoticum *Κολωνεύς* invenitur in C. I. n. 172, col. IV, 48 *Κολωνεύς Ἀρνίππος Πολυνέκον [Δι]ογείτων... ωνος*, X tribb. aetate sub Antiochide. Ad eandem demotici formam Rossius n. 110 *ἐκ Κολωνέων* (C. I. T. 2 in Addend. n. 2372. c. p. 1072.) refert; nam quod ibi impressum est *Κολωνέων*, hypothetae vitium esse pro *Κολωνέων* ex indice Erratorum discimus.

Quae varia demotica quomodo inter utrumque demum Colonum distribuenda sint, et quibus tribubus variis aetatibus demus Colonus *equester* adscriptus fuerit, quibus Colonus *forensis*, altera enim quaestio cum altera ita cohaeret, ut discerni prorsus non possint, iam expendere libet.

Quum iis, quae supra disputavimus, demonstratum sit, duos fuisse demos Colonos, alte-

¹⁾ Cf. Reisig. praef. ad Soph. Oed. Col. p. XLII. Guil. Dindorf. ad H. Stephani Thes. L. Gr. in v. K. Goettling. de accentu p. 351 et p. 156.

²⁾ De demotici *Κολωνῆθεν* accentu et de forma *Κολωνόθεν* lege subtiliter disputantem F. Osann. ad Stuart. et Rewett. *Altérthümer von Athen*. T. II. p. 283, et in universum de demis Colonis p. 290.

rum equestrem, qui certe X atque, si verisimillima sequimur, etiam XII¹⁾ tribuum aetate fuerit Aegeidis, alterum, qui eadem X tribuum aetate fuerit Antiochidis, quumque alter ex Colonis — uter sit, non additur — etiam Leontidi in Rossii tit. l. B, 21 (XII tribb. aet.) adscriptus inveniatur et unus ex Colonis XIII tribuum aetate in Rossii titulo 7 Ptolemaidi: equidem cum M. H. Ed. Meiero (Comment. epigr. I. p. V.) crediderim, — nisi forte tria illa demotica promiscue de utriusque Coloni demotis usurpata esse statuamus, — Colonum equestrem Aegeidis transpositum postea in Ptolemaidem, alterum Colonum i. e. forensem Antiochidis in Leontidem.

Quumque notabilis demotici nominis variatio exstet *Κολωνῆθεν*, *ἐκ Κολωνοῦ* et *Κολωνεύς*, et de Sophocle *Κολωνῆθεν* et *ἐκ Κολωνοῦ* idem valere iam sit demonstratum, varia illa demotica inter utrumque demum Colonum ita distribuenda Meierus existimat, ut demotica *Κολωνῆθεν* et *ἐκ Κολωνοῦ* ad demotas, qui Colono equestri Aegeidis adscripti fuerint, referenda esse et hunc ipsum demum postea, certe Hadriani aetate, ex Aegeide in Ptolemaidem transpositum fuisse, *Κολωνεύς* autem Antiochidis, i. e. Coloni forensis demotas temporis decursu ex Antiochide in Leontidem migrasse statuatur. Sed haec quidem ex coniectura.

De re universa consentit Rossius l. l. p. 11, C. Hanriot in Archives des missions scientifiques et littéraires. IV. p. 432 sq. Paris.²⁾ et Rangabeus ad n. 824 (Vol. II, p. 474 sq.) quum scribit: Il paraît, qu'il y avait deux *Κολωνοί*, et que le demotique de l'un était *ἐκ Κολωνοῦ* ou *Κολωνῆθεν*, celui de l'autre *Κολωνεύς*. Sed idem Vir Doctus sibi non constat, nam mutata ex parte sententia p. 864 ita scribit: M. Ross soutient avec beaucoup de vraisemblance qu'il y avait deux dèmes du nom *Κολωνός*, le Colonos Hippios, appartenant à l'Aegéide, et le Colonos de l'agora, appartenant à l'Antiochide d'abord, puis à la Léontide, et enfin à la Ptolémaïde. Il est bien probable que le gentilé de l'un de ces dèmes soit *ἐκ Κολωνοῦ*, de l'autre *Κολωνῆθεν*. (!)

Iam ea, quae de duobus demis Colonis deque tribubus, quibus variis aetatibus adscripti fuerint, disputavi, sub unum adspectum subiicere libet. Colonum equestrem Periclis i. e. X tribuum aetate Aegeidi adnumerat Scholiasta Aristidis et tituli C. I. n. 115 et n. 183 (XII tribb. aet.). Idem demus, ut videtur, in Ptolemaide est XIII tribuum aetate ap. Ross. n. 7. Contra eadem X tribuum aetate, qua C. equester Aegeidis fuit, alter Colonos, forensis, Antiochidi accensebatur, isque ipse, non equester, si verisimilia sequimur, XII tribuum aetate apud Rossium n. 1 in Leontide invenitur. Sed haec haec.

IV. De Coloni equestris situ — nam de forensi in Antiochide dicendi locus erit — pauca sufficiant. *Κολωνός-ἱππιος*,³⁾ elegantissimis illis sensuumque teneriorum plenis versibus in-

¹⁾ Id ex eo conici licet, quod demotas Coloni equestris modo *ἐκ Κολωνοῦ* modo *Κολωνῆθεν* dictos esse ex locis de Sophoclis patria supra allatis apparet, ii autem ipsi in Aegeide et X et XII tribuum aetate inveniuntur; nisi, ut supra dixi, forte statuas, tria illa demotica sine ullo discrimine de utriusque Coloni civibus usurpata esse.

²⁾ Quo libro ut possem uti, singularis Dr. W. Froehneri, conservatoris adiuncti Musei regii Parisiensis, erga me liberalitas fecit.

³⁾ Leak. de demis Att. p. 24 sq. Topog. Ath. p. 145. 450 sq. Bursian. Geogr. Graec. T. I. p. 324 sq.

signis, quibus Sophocles locum natalem celebravit (Oed. Col. 668 sqq.), circa decem stadia ab Urbe (Thucyd. VIII. 67) septentrionem versus situs erat prope Cephisi fluentia, haud procul ab Academia, sex stadia a Dipylo¹⁾ s. porta Thriasia, quae Ceramicum urbicum claudebat, distante.²⁾ Ex Urbe ad Academiam accedentibus prospectus in demum Colonum patebat, in colle albicante (Oed. Col. 670) situm, unde nomen demi *Κολωνός* ortum.

Inter ea, quibus totus ille Colonus excellebat, cuius arva Cephisus pererrabat (Oed. Col. 687), laetissima oliveta, Minervae sacra, commemoranda sunt; neque minus omnis generis florum copia viridantes valles vestiebat et dulcissimus avium cantus per silvam frondosam, solis radiis inaccessam et ab omnibus hiemis ventis tutam, aures oblectabat.

Erant in hoc Colono fanum Neptuni equestris et Minervae equestris (Pausan. I. 30 extr., Schol. Soph. Oed. Col. 711. Oed. Col. v. 55 et Argum. Salustii), sacellum Promethei (Argum. Salustii et Oed. Col. 56 ibique Schol.), heroa Pirithoi, Thesei, Oedipi, Adrasti (Paus. I. l.). Prope erat lucus Eumenidum, Dearum venerabilium (v. Salustii Arg. Oed. Col., Apollod. III. cap. 5 extr.), in quem venit deductus a filiarum una, Antigona, Oedipus obcaecatus: acceperat autem oraculum, illic e vita sibi migrandum esse, ubi alii profano non est locus.

Templum et lucum Neptuni bello cum Atheniensibus (Olymp. 129, 3) gesto concremavit Antigonus Gonatas, Demetrii filius (v. Schorn. *Geschichte Griechenlands* u. s. w. p. 59. not. 3); minime igitur mirum, Pausaniam (I. 30 extr.) non nisi heroa et altaria quaedam ibi vidisse.

Illud addo, prope Colonum hortum (*κῆπος*) fuisse, in quo aliquando philosophatus est philosophorum princeps Plato, quum antea in Academia philosophatus esset, *ὅς φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς καὶ Ἡράκλειτον*. Diog. L. III. cap. 8 init.

N. 15.

Κυδαντίδαι.

I. Nomen demi *Κυδαντίδαι* exhibet Stephanus Byz. in *Κυδαντίδαι*, *δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς*, ὡς δὲ *Φρόνιχος*, *Πτολεμαῖδος*. ὁ δὲ *δημότης Κυδαντίδης* κ. τ. λ. et Harpocratio in *Κυδαντίδης* *ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Πολύευνκτον*. *δῆμός ἐστι τῆς Αἰγίδος Κυδαντίδαι*. Suidas in *Κυδαντίδης* et Photius in *Κυδαντίδαι* Harpocratonis verba fere repetunt. Hesychius in *Κυδαντίδαι* *δῆμος τῆς Πτολεμαῖδος φυλῆς*. Phavorinus in *Κυδαντίδαι* Hesychii verba refert.

Praeterea hi tituli hunc demum praestant: apud Ross. n. 5. col. I, 28. n. 15. A. v. 4 sqq.; in C. I. n. 183. col. II, 4 et n. 115. col. III, 29.

Origo vocis *Κυδαντίδαι* repetenda est a verbo *κυδάνω*, *κυδαίνω*, ita ut v. *Κυδαντίδαι*, forma patronymica, demum *τῶν ἐνδόξων* i. e. Illustrium sive Nobilium significet, ut apud Hesychium *Κυδαθηναῖος* est *ἐνδόξος Ἀθηναῖος*.

II. Nomen demoticum *Κυδαντίδης* est apud Stephanum Byz., Harpocratonem, Hesychium, Suidam, Photium, Phavorinum. Invenitur apud Demosthen. Neaer. §. 24 *Κτήσιππος*

¹⁾ Cic. de Fin. V. init. ibique Goerenz. Leak. topogr. Ath. p. 162 sq. Bursian. T. I. p. 289 sq.

²⁾ Cicero l. l., Leak. topogr. Ath. p. 144 sq.

Γλανκωνίδου ὁ Κυδαντίδης. §. 123 Δεινίας Φορμίων Κυδαντίδης. Dinarch. c. Demosth. §. 58 Πολύενκτος ὁ Κυδαντίδης. Hyperid. ap. Harpocrat. l. l. Accedunt hi tituli: Inscr. nav. XI. b. 3 Νικήρατος Νικίου Κυδαντίδης. Idem est XIV. c. 20. d. 114. XVI. a. 171. c. 106. 113. V. Boeckh. p. 246 in v. XIII. a. 37 Πολύενκτος Κυδαντίδης. Lege de eo Boeckh. p. 249. In C. I. n. 115. col. III, 29 Κυδαντίδαι Δημοκλῆς Δημοκλέους. n. 183. col. II, 4 Κυδαντίδαι Θεόμνηστος Θεομνήστον. n. 147, 36 Νικήρατος Κυδαντίδης. n. 539. b, 9. p. 487 cum Boeckh. not. col. I. Apud Ross. n. 5, 28 Κυδαντίδαι Καλλιτέλης, Θρασιεύς. n. 15. A. 5 Νικοκλῆς Λυσικλέους Κυδαν. v. 7. Νικοχάρης Θεοφίλου Κυδαν. n. 17. 24...YAA i. e. Κυδαντίδης; ap. Rangab. T. I. n. 116, 21 Κυδα]ντίδης, de qua demotici restitutione cf. Rangabei notam p. 186.

III. Aegeidi Cydantidae adscribuntur a Stephano Byz., Harpocrate, Suida, Photio; sed idem Stephanus Byz. addit, Phrynichum¹⁾ eos *Ptolemaidi* adnumerasse, cui tribui Hesychius quoque et Phavorinus Cydantidas adscribunt. Praeter laudatos scriptores etiam hi tituli Cydantidas in Aegeide ponunt: apud Ross. tit. V (X tribb. aet.), in C. I. n. 115 (XII tribb. aet.), n. 183 (eiusdem, ut videtur, aetatis). Ex quibus testimoniis efficitur, temporis decursu instituta Ptolemaide Cydantidas ex Aegeide in Ptolemaidem migrasse.

IV. Quanquam nihil certi de situ huius demi constat (v. Ross. p. 47 sq.), illud tamen in universum h. l. monere haud a re alienum videtur, quum alii demi ab heroe eponymo, alii a natura loci nomen traxerint, alii ab oppidis vicisque denominati sint, qui in iis erant, ut Marathon, Oenoe, Lamptra, Rhamnus, Eleusis, alii a gentibus, quae ibi habitabant, illustribus, ut Daedalidae, Paeonidae, Perithoetae, Semachidae, Scambonidae, Ionidae, Philaidae, Cydantidae, demos eos, qui a gentibus dicti sunt, *plerosque* in mediterranea Atticae parte sitos esse, quippe in qua eupatridae frequentissimi essent. V. Schoemann. Antiq. Graec. T. I. p. 321 ibique not. 2., p. 367 ibique not. 3; idem in Antiq. iur. publ. Graec. p. 201 et Hanriot. l. l. p. 230 et 232.

N. 16.

Μυρρινοῦττα.

I. Vestigium demi *Μυρρινοῦττα* Stephanus Byz. iam indicavit in v. *Μυρρινοῦς*, ubi haec legimus: *Μυρρινοῦς, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. ὁ δημότης Μυρρινοῦσιος. τὰ τοπικὰ Μυρρινοῦντόθεν Μυρρινοῦντάδε Μυρρινοῦντι. Διονύσιος δὲ ὁ Τρύφωνος Μυρρινοῦττα²⁾ φησὶν. ὁ δημότης ἐκ Μυρρινοῦττης, διὰ δύο ττ.* Apparet, Dionysium Tryphonis f. demum *Μυρρινοῦττα* eiusque demotam ἐκ *Μυρρινοῦττης* distinxisse a demo *Μυρρινοῦς* eiusque demota *Μυρρινοῦσιος*. Hoc vestigium secutus Boeckhius inprimis in Corp. Inscr. Gr. titulis n. 115, col. III, 37 et n. 297, 2 (p. 313 ad n. 181 et p. 403 ad n. 297) demum *Μυρρινοῦττα* et demoticum ἐκ *Μυρρινοῦττης* demonstravit, quem novum demum permulti tituli, quos infra afferemus, confirmaverunt eumque ad tribum Aegeidem pertinere docuerunt, quum demus Myrrhinus Pandioni-

¹⁾ De Phrynicho v. Comment. nostram de demis. P. I. pag. 20 sq.

²⁾ Libri Stephani Byz. habent *Μυρρινοῦττα*, quod Ludov. Dindorfius in Henr. Stephani Thes. l. Gr. recte suspicatur fuisse *Μυρρινοῦττα*. cf. Rangab. not. ad n. 1561.

dis fuerit.¹⁾ Scriptura vocis *Μυρρινοῦττα* variat, nam in titulis *Μυρρινοῦττα* nonnunquam cum simplici *ρ* scribitur, ut Pandionidis demus et demotae *Μυρρινούς* et *Μυρρινούσιοι*, teste Meinekio ad Stephanum B., et hic et in ceteris ante Berkelium scribebantur. Exstat *Μυρρινούττης* in C. I. n. 181, 10; n. 265, 14; ap. Ross. n. 132; ap. Urlichs. n. 3. p. 58. Cf. Bast. Comment. palaeogr. p. 788. Ephem. arch. n. 3421 p. 1790 *ἐκ Μυρρινον*. v. Keil ad Corp. Inscr. in Museo Rhen. nov. 1864 p. 265 infra. Quod apud Rangab. n. 1560 legitur *ἐκ Μυρρινουττης* pro *ἐκ Μυρρινοῦττης* non est ferendum, neque *ἐκ Μυρρινοντ*. n. 1561 (Ross. n. 132).

Demus *Μυρρινοῦττα*, ut demus Pandionidis *Μυρρινούς*, qui in orientali Atticae litore situs fuit, nomen traxit a *μυρρίνη*, myrta, atque indicat regionem myrtarum feracem. V. Comment. nostram de demis Att. P. I. p. 6 sq. Veterum scriptorum locis de origine nominum demorum ibi allatis adde Schol. Aristoph. Plut. 586 et Eustath. commentar. ad Dionys. Perieget. 456. (Geogr. Gr. min. ed. Müller. Paris. T. II. p. 302.)

II. Nomen demoticum eorum, qui sunt ex demo Myrrhinutta tribus Aegeidis, est *ἐκ Μυρρινοῦττης*, ut testantur Dionysius Tryphonis ap. Stephanum B. et permulti lapides. Contra ea qui sunt ex demo Myrrhinunte Pandionidis, ubique *Μυρρινοῦσιοι* vocantur et per omnes, ut videtur, aetates in Pandionide sunt habiti.

Pro *ἐκ Μυρρινοῦττης* in multis lapidibus scriptum invenimus *ἐγ Μυρρινοῦττης*, de qua scriptura Meierus ap. Ross. n. 129, qui *ἐγ Μελιτιάς* in *ἐκ Μ.* mutavit, p. 84 not. 1 ita iudicat: „Die Aenderung ist nicht nöthig; *ἐγ* vor *μ*, wie vor *δ*, *β*, *γ*, *λ* ist nicht selten. Selbst auf Attischen Inschriften. So *ἐγλυθέτων* in Urkund. d. Seewes. S. 454, *ἐγμαθεῖν* C. I. n. 4379 c. u. 8.“ Quibus Naukios in Addend. ad Rossii librum de demis haec addidit: „*Εγ Βενδιδαίων* C. I. n. 157, 23. *ἐγ Διονυσίων* 157, 7. 11. *ἐγ Δήλων* 158, §. 4. *ἐγ δὲ* 1570, a. *ἐγ Λέσβου* 139, 18. *ἐγ λιμένος* 525. *ἐγ Λαμπιρέων* 671. *ἐγ Μεγάρων* 175, 2. *ἐγ Μυρρινοῦττης* 115, 37. 181, 10. Vgl. Sturz de dial. Mac. et Alex. p. 59 fg. Vor *γ* dürfte sich (abgesehen von dem zweifelhaften *ἐγγονος*) eine solche Erweiterung des *κ* schwerlich nachweisen lassen. Seltsam ist *ἐκγ Μαγνησίας* C. I. n. 3137, 108.“ Adde Boeckh. Inscr. nav. locos infra laudatos. Ross. n. 6. A, 24. n. 15. A. 6 et 8. B. 7 et 11. Meier. n. 66. B. 16. Cf. Giese de dialecto Aeolica p. 88.

Nomen demoticum *ἐκ Μυρρινοῦττης*²⁾ praeter Stephanum Byz. multi lapides praebent: in C. I. n. 115. col. III. 37 *ἐγ Μυρρινοῦττης Ἀκάδημος Νεοκλέους*. n. 181, 10 *Φίλωτας Θεοδώρου ἐγ Μυρρινούττης*. V. Boeckh. p. 313. col. II. n. 265, 14 *Φιλήμων Φιλήμονος ἐκ Μυρρινού[τ]της* ibique Boeckh. not. n. 297 *ἐκ Μυρ[ρι]νοῦτ[τ]ης* ibique Boeckh. n. 305, 11 et 12 *ἐκ Μυ.* n. 735 *Ἀνθεστήριος Σίμων ἐκ Μυρρινουττης*. Lege *ἐκ Μυρρινοῦττης*. Anthesterium ex eodem demo Myrrhinutta habes in lapide Deliaco C. I. T. II. n. 2270, 38. p. 226. In Inscr. nav. XIII. d. 171 et

¹⁾ Nunc facile apparet, in C. I. n. 115. col. III. 37 (p. 157) pro *ΕΓ ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΕΣ* legendum esse *ἐγ Μυρρινοῦττης*, neque supplendum esse *ἐγ Μυρρινοῦ[τ]τ[ε]ς*, ut p. 158 legitur; praeterea etiam corrigenda esse, quae Boeckh. in commentario p. 158 col. I. de Myrrhinunte, Pandionidis demo, scripserat, nam ibi non nisi Myrrhinutta, Aegeidis demus, locum habet.

²⁾ De scriptura demotici *ἐκ Μ.* v. Boeckh. ad n. 181. p. 313. col. II. et ad n. 297. p. 403 col. II.

180 Θεόδοτος ἐγ Μυρρινούτης. XIV. b. 150 et XVI. b. 55. 70. 77 idem Θ. ἐγ Μ. re-
dit. XIV.
b. 41 Ἀλκίμαχος ἐγ Μυρρινούτης. Apud Rangab. T. II. n. 1560 A. Z. Ἐχεκαργίνου Κίου ἐκ
Μυρρινούτης γυνή. n. 1561 (Ross. n. 132) Τιμόθεις Σωσάνδρου ἐκ Μυρρινούτ., ubi cf. Rangab.
Ap. Ross. n. 6. A. 24; ap. Meier. n. 66. B. 16 Θεοκλῆς ἐγ Μυρρινούτης. n. 37, 5 Δωσίθεος ἐκ
Μ.; ap. Urlichs. n. 3. p. 58 Θεόδωρος Θεοδώρου ἐκ Μυρρινούτης.

III. Aegeidi demum Myrrhinuttam attribuunt tituli Corp. Inscr. T. I. n. 181 (XII tribb.
aet.), n. 115 (XII tribb. aet.), ap. Urlichs. n. 3 (XII tribb. aet.), ap. Ross. n. 6 (XII tribb.
aet., *primis* Imperatoris Hadriani annis. v. Ross. p. 26.). Quae quum ita sint, haereo in titulo,
qui est apud Rangabeum T. II. n. 1241 (X tribb. aet.), ubi in Aegeide legitur Θεόπομπος
Μυρρινού[σιος], non ἐκ Μυρρινούτης. Similiter apud Scholiastam Plat. Sympos. 4. p. 373 Bekk.
legimus Μυρρινούς, δῆμος Αἰγιδος, ἀφ' ἧς ὁ Φαῖδρος, ubi pro Αἰγιδος, ut supra demonstra-
tum est, exspectabas Πανδιονίδος.

IV. De situ demi nihil constat.

N. 17.

Οτρύνη.

I. Quanquam ipsum nomen demi Οτρύνη in uno tantum Rossii titulo I. A. v. 22 exstat,
multi tamen veterum scriptorum loci et tituli in demotico allati demum τῶν Οτρυνέων praestant.

II. Nomen demoticum Οτρυνεύς legitur apud Demosth. adv. Leochar. §. 9 Εὐθύμαχος ὁ
Οτρυνεύς. §. 35 bis. §§. 37. 38. 39. 44 et 52. Exstat etiam in his titulis: in C. I. n. 115. col. I.
37 inter Οτρυνεῖς est Φιλιστιάδης Διοδώρου; apud Ross. n. 14. A. 25...λος Ἀπελλοῦ Οτρυνεύς.
n. 144 Ἀγὼ...Ὀλυμπιόδωρον Οτρυνέως γυνή; ap. Meier. n. 10, 27 Ἀπολλόδωρος Σωγένην Οτρυν-
εύς; ap. Urlichs. n. 3. p. 60 Θράσων Καλλιφάνου Οτρυνεύς et Δεινοκράτης Ἀριστοδήμου Οτρυν-
εύς; ap. Rangab. T. II. n. 385, 4 Παράμνδος Οτρυνεύς. n. 1669 Ἀριστοκράτεια Ζωπύρον Οτρυν-
εύς θυγάτηρ.

Cum spiritu *aspero* scriptum demoticum Οτρυνεύς exstat apud Rangab. T. I. n. 57. B, 11
Ῥογραμματεῖ Πυργίονι HOT. YNEI. Similiter ap. Rangab. T. I. n. 93, v. 2 et 9 legimus
Μηλεσίας Πολυκλέους HOAIEYΣ.¹⁾

III. Demus Otryne adscriptus est Aegeidi ap. Ross. n. I (XII tribb. aet.), in C. I. n. 115
(XII tribb. aet.) et apud Urlichs. n. 3 (XII tribb. aet.).

IV. De situ huius demi nihil certi constat; sed demum fuisse ad maris litus situm, cuius
demotae piscationem exercebant, apparet ex Antiphanis, poetae comici, loco in Timone, qui
est apud Athenaeum VII. 83 (p. 309 Casaub.), ubi poeta gobiones laudans et unde optimi
advehantur, haec dicit:...εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί.

Ἄλλοι δ' ἐπώλουν, ὡς ἔοικ', Οτρυνικούς.

¹⁾ Idem Melesias Οαιεύς re-
dit n. 102. 4, ad quem locum cf. Rangab. p. 149 de scriptura Οαιεύς, non
Παιανεύς, ut Boeckhins volebat.

Gobiones enim Phalerici tantum ceteris praestare credebantur, quantum Otrynici ab aliis vincebantur. Cf. Meinek. Fragm. Comic. Graec. T. III. p. 119. Strabo eo loco, quo demorum ad oram maris sitorum mentionem fecit (IX. p. 398 Casaub.), Otrynenss non commemoravit.

N. 18.

Πλώθεια, Πλωθιά.

I. Nomen demi praebet Stephanus Byz. in v. *Πλώθεια*, δῆμος Αἰγυπιοῦ φιλῆς. ὁ δημότης *Πλωθειὺς καὶ Πλωθεὺς* κ. τ. λ. et in v. *Ἀζηνιά*, ὡς *Πλωθιά*, *Λονσιὰ* κ. τ. λ. Duplex igitur demi nominis forma est, *Πλωθιά* et *Πλώθεια*. Utramque a Stephano Byz. commemoratam fuisse in v. *Πλώθεια*, docent verba eius, quae sequuntur: ὁ δημότης *Πλωθειὺς καὶ Πλωθεὺς*, quarum altera forma ad *Πλώθεια*, altera ad *Πλωθιά* revocanda est. *Πλώθεια* recte habet Zonaras p. 1555, quod Tittmannus perperam mutare voluit in *Πλωθεία*. Vitiosa sunt *Πλωθεία* apud Photium p. 435, 12 et Suidam, ubi, quum optimi libri habeant *Πλωθιά*, repone *Πλωθιά*. Vitiosum item *Πλωθεία* pro *Πλώθεια* apud Harpocrat. Bekkeri in v. *Πλωθεὺς*, et *Πλωθεῖα* apud Phavorinum. *Πλωθιά*, ὁξυτόνως scriptum, diserte agnoscit codex Rhedigeranus Stephani B. in *Ἀζηνιά*. Cf. Arcad. de accentu p. 99, 11.

II. Nomen demoticum est *Πλωθεὺς*, *Πλωθειὺς* et *Πλωθειεύς*, de quibus huius demotici similiumque nominum formis vide Meinek. ad Steph. Byz. in *Πλώθεια*, Schoemann. ad Isae. Dicaeog. hered. §. 18 p. 302 et Lobeck. Paralip. T. I. p. 26.

Forma vulgaris *Πλωθεὺς* invenitur apud Stephanum B. l. l., apud Harpocratonem, Suidam, Photium in v. *Πλωθεὺς*, ap. Phavorinum in *Πλωθεῖα*. Exstat etiam apud Demosthenem c. Eubulid. (ab Harpocrate laudatum) §. 38 *Ἀπολλόδορος Πλωθεὺς*. Accedunt hi tituli: ap. Ross. n. 152 *Διοδώρος... Πλωθεὺς*. *Διοπίθης Διοδώρου Πλωθεὺς*; ap. Meier. n. 66. I. 48 *Καλλιτέλης Πλωθεὺς*; ap. Rangab. T. II. n. 441, 2 *Νίκων Θεοδώρου Πλωθεὺς*. In C. I. n. 115. col. III, 21 *Πλωθεῖς*. *Νίκων Θεοδώρου*, *Περικλῆος Λυσίου*. n. 82, v. 25 *Πλωθεῖς*, v. 15 *Πλωθεῖσι*. Forma *Πλωθεῖς* pro *Πλωθεῖς* occurrit in C. I. n. 82, 35. Formas solutas et quidem *Πλωθεῖς* v. apud Ross. n. 5. col. II, 15; *Πλωθεῖς* in C. I. n. 82, 29 et 30. *Πλωθεῖς* exstat in C. I. n. 183. col. III. 10; de qua forma v. Meinek. ad Steph. B. l. l.

Forma *Πλωθειεύς* eiusdem Stephani B. auctoritate nititur, qua *Πλωθεὺς*, et codicum Isaici l. l. p. 64 not., ubi Schoemannus *Πλωθειεύς* reponendum existimavit.¹⁾

Forma plenior *Πλωθειεύς* exstat apud Rangab. T. II. n. 826, 20 *Καλλίας Πλωθειεύς*, in Inscr. nav. XIV. c. 140 *Προκλέους τοῦ Πρωτοκλέους Πλωθειῶς*; XVII. b. 21 *Σπένσανδρος Πλωθειεύς* ex Boeckhii restitutione; in C. I. n. 82, 11 *Πλωθειεῖσι*.

III. Aegeidi accensentur Plotheenses a Stephano Byz., Harpocrate, Suida, Photio, Phavorino. Zonaras simpliciter *Πλώθεια*, δῆμος. Cum Lexicographis consentiunt tituli apud Ross. n. 5 (X tribb. aet.), in C. I. n. 115 (XII tribb. aet.) et n. 183 (eiusdem, ut videtur, aet.).

¹⁾ Idem apud Plautum Epidie. III. 4. 2 scribendum censet: Senex ubi habitat Periphanes Plotiεύς, ubi codices praebent Platenius, quod Scaliger mutavit in Plothenius.

IV. Ex titulo Corp. Inscr. Gr. T. I. n. 82, cuius pars altera exhibet decretum Plotheensium de reddituum administratione et usu, recte coniecit Boeckhiius, demum Plotheiam in vicinia Halarum Araphenidum (v. N. 3. pag. 7 sqq.) in orientali Atticae parte situm fuisse et pertinuisse ad *Epacriam*¹⁾, quae fuit prope *tetrapolim*, quam dicunt Marathonium,²⁾ i. e. prope oppida Oenoe, Tricorythum, Probalinthum et Marathonem. Assentiuntur H. Sauppius in Museo Rhenan. nov. Welckeri et Ritschelii T. IV. p. 291 sq., Froehnerus (Les Inscriptions Grecques du Louvre interprétées par W. F. Paris. 1865. p. 57) et Bursian. p. 342. not. 2.

Quem autem locum demus *Πλωθία*, cuius nomen cum navigatione cohaeret, in orientali Atticae litore obtinuerit, equidem divinari non ausim. Quid hac in re Hanrioto placeat, lege in eius libro de topograph. dem. Att. p. 152.

N. 19.

Τίθρας, Τείθρας.

I. Nomen demi *Τίθρας* exhibet Stephanus Byz. in *Τίθρας*, δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς. ὁ δημότης Τίθρασιος x. τ. λ. Idem in *Θοῖα*... ὁ δημότης Θοιάσιος, καὶ Θοιάσιον πεδίον, ἐστὶ δὲ ὡς *Τίθρας* *Τίθρασιος*. Demi nomen etiam *Τείθρας* fuisse cognoscitur ex iis, quae de demotici scriptura dicuntur. Nomen hunc demum accepisse a cognomine heroe Attico Tithrante, Pandionis regis filio, testatur Scholiasta Aristophanis Ran. 477 edit. Didot. *Γοργόνες Τίθρασιαι*] ἀπὸ δῆμον τῆς Ἀττικῆς πονηροῦ. οὐκ εἰχῆ δὲ τοῦτο εἶπεν,³⁾ ἀλλ' εἰκότασι τὸν δῆμον τοῦτον διαβάλλειν ὡς κακοπράγματα. εἰσὶ δὲ οὗτοι (sc. *Τίθρασιοι*) ἀπὸ *Τίθραντος* τοῦ Πανδίωνος παιδὸς ἐπώνυμοι. εἰς δὲ τὴν Αἰγίδα φυλὴν κατανεμένονται. Repetit Scholiastae verba Phavorinus in *Τίθρασιαι* *Γοργόνες*.

II. Pro demotici scriptura *Τίθρασιος*, quam praeter Stephanum Byz., Scholiastam Aristoph., Phavorinum Hesychius in *Τίθρασια*, Suidas in *Τίθρασος*, Photius in *Τίθρασιος* exhibent, la-

¹⁾ Ab ea parte Atticae, quae *Διακρία* vocata, teste Hesychio (et Phavorino) in v. *Διακρίεις*, a monte Parne the usque ad urbem Brauronem pertinebat, probe distinguenda est ἡ *Ἐπακρία* χώρα, de qua v. Etymol. M. in *Ἐπακρία* χώρα. *Ἀθηναίους* πάλαι κομῆδον οἰκοῦντας πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατέκτισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀπ' ἐαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσεν. δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσε, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἐκατέραν μοῖραν καταστήσας. τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς Ἐπακρίδας ὠνόμασε καὶ ἡ προσεχὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν ὀμωνύμως αὐταῖς *Ἐπακρία* ἐκαλεῖτο. Eadem habet Suidas in *Ἐπακρία* χώρα, ubi v. Bernhardium, et Phavorinus. De tribus Epacriae urbibus, Plothea (C. I. T. I. n. 82), Semachidis (Steph. Byz. in v. *Σμαχίδαι*), aliaque urbe, cuius nomen ignoramus, vide Boeckh. in C. I. T. I. p. 122 et Leak. de demis Att. p. 115.

²⁾ De tetrapoli Attica, de qua peculiari libro Philochorus scripserat (v. C. Müller. Hist. Graec. min. T. I. p. 410 sq.) v. Bekk. Anecd. T. I. p. 259, *Ἐπακρία* ὄνομα χώρας πλησίον τετραπόλεως κειμένης. Haec autem tetrapolis, quam Epacria adiacebat, ex quatuor oppidis constabat, quae supra enumeravi, in unam civitatem coniunctis. Stephanus Byz. in *Τετραπόλις* τῆς Ἀττικῆς, ἔχουσα δῆμους καὶ πόλεις τέσσαρας, *Οἰνὸν* *Προβάλινθον* *Τρικόνυνθον* *Μαραθῶνα*. Schol. Aristoph. Lysistr. 285. Diodor. IV. 57. Strab. VIII. p. 383 et X. p. 446 Casaub. ὑπὸ τῶν ἐκ τετραπόλεως τῆς περὶ *Μαραθῶνα* καὶ *Στειριέων*. Cf. Leak. de demis Attic. p. 13 et 65 et Bursian. T. I. p. 339 ibique not. 1.

³⁾ ὁ *Ἀριστοφάνης* addit Phavorinus.

pides vulgo *Τειθράσιος* per diphthongum *ēi* praebent. Iuvat hoc loco apponere, quae Rossius ad titulum n. 173. p. 97 de hac scriptura adnotavit. „Bemerkenswerth ist die Schreibart *Τειθρασίου*, mit dem Diphthong in der ersten Silbe statt des bloßen Jota, in einer Inschrift, die nach ihrem paläographischen Charakter nicht später als um die Mitte des vierten Jahrhunderts v. Chr. zu setzen ist, also ungefähr drei Jahrhunderte vor der Zeit, wo die orthographische Regel aufgestellt und wenigstens von einem großen Theile der Griechisch Schreibenden befolgt wurde, das lange Jota immer durch den Diphthongen *ēi* auszudrücken (z. B. *τειμή, νεικάω*). Ebenso findet sich dieser Name aber auch oben n. 74. b., desgl. C. I. n. 115, 21 und in den Urkunden über das attische Seewesen geschrieben, sowie in einer Grab-Inschrift bei Boeckh (C. I. n. 775), und mithin dürfte diese Schreibart wohl Anspruch darauf haben, auch in den Ausgaben der Schriftsteller eingeführt zu werden.“

Demotieum *Τειθράσιος* exstat in C. I. n. 115, 6 *Ἀντισθένης Ὀνησιφῶντος Τειθράσιος*. col. I. 21 occurrunt praeter Antisthenem tres *Τειθράσιοι*. n. 775 *Καλλιστῶ Ἀντιδώρου Τειθρασίου*. In Inser. nav. XVII. a. 97 *Δημοκλῆς Τειθράσιος*, idemque XIII. a. 42 sq. ex restitutione Boeckhii. Apud Ross. n. 74. b. *Θεμιστῶ Ἀπολλοδώρου Τειθρασίου θυγάτηρ κ. τ. λ.* n. 173 *Φαινίππη Κηφισοδώρου Τειθρασίου κ. τ. λ.* Ap. Meier. n. 62. a, 37 *Σπονδίας Τειθράσιος*. Ap. Rangab. T. I. n. 115, 3 et 14 *Μεταγένης Φαινοῦ Τειθράσιος* (v. notam ad h. l. pag. 172). T. II. n. 834, 2 *Τειθράσιος* ex restitutione.

III. Tithrasii Aegeidi accensentur a Stephano Byz., Scholiasta Aristoph. Ran., Photio, Phavorino locis supra laudatis. Etiam titulus C. I. n. 115 XII tribuum aetatis Tithrasios Aegeidi adnumerat. Apud Suidam *Τιθρασος* simpliciter demus Atticus vocatur.

IV. De situ demi nihil constat. Demi Tithrantis incolas apud Athenienses male audivisse ut maleficos et improbos (*ὡς κακοπαράγμονας καὶ πονηροὺς*) ex Scholiasta Aristoph. Ran. l. l., Suida in v. *Τιθρασος* et in v. *Γοργίνη* (v. Bernhard. not.), Hesychio in *Τιθράσια*, Phavorino in *Τιθρassa* cognoscimus. Quare optime G. Hermannus in commentatione de Graeca Minerva (Opusc. T. VII, p. 283): Quas Aristophanes dicit Gorgones Tithrasias, mulieres fuerunt istius pagi Gorgonum instar truces, non illae Noctis filiae ex fabula Hesiodica. Et semidoctus grammaticus, qui accepisset, Gorgonum sedem in Libya esse, locum Libyae Tithrasum finxit, nesciens *Tithrasias in Attica mulieres* perstringi. Contra ea fici s. caricae (*ισχάδες*) Tithrasiae inter reliquas Atticae, quibus omnino Attica excellebat, excellere dicebantur. Athen. XIV. 67. p. 652 Casaub. Quare Theopompus Comicus in Pace *τὰς Τιθρασίας ἐπαινῶν ισχάδας, φησὶν οὕτως*.

Μᾶζαι, πλακοῦντες, ισχάδες Τιθράσιαι.

[Phegaea. V. in Aeantide.]

N. 20.

Φιλαῖδαι.

I. Nomen demi *Φιλαῖδαι*, cognominis genti Atticae *Φιλαῖδων*, hisce inprimis veterum scriptorum testimoniis nititur. Stephanus Byz. in *Φιλαῖδαι*, *δῆμος τῆς Αἰγίδος φυλῆς, ἀπὸ*

Φιλαίου τοῦ Αἴαντος υἱοῦ καὶ Ἀνσιδίκης τῆς Κορώνου τοῦ Λαπίθου. Ὁ δημότης Φιλαΐδης κ. τ. λ. Scholiasta Plat. Hipparch. p. 228 B. (p. 334 Bekk.): Φιλαΐδαι δῆμος Αἰγυῖδος. Plutarchus Vit. Solon. X: τὸν δὲ Σόλωνα φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι Φιλαῖος καὶ Εὐρυσάκης, Αἴαντος υἱοί, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες παρέδσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς καὶ κατέκρησαν, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ· καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαίου τῶν Φιλαΐδων ἔχουσιν, ὅθεν ἦν Πεισίστρατος.

Vitiose demus et gens Attica Φιλαΐδαι saepe scribitur in libris et in titulis. Et apud Suidam quidem in v. Ἄρκτος legimus ἐν τῇ δῆμῳ Φλαυιδῶν pro Φιλαΐδων, quem errorem correxit Meursius. Φιλιάται et Φιλάντης est in Scholiis Aristophan. Av. 873. Correxerit Hemsterhusius ad Pollucem IX, 74. Φιλαΐδαι habet Etymol. M. et Phavorinus; Φιλαυδαι Corp. Inscr. T. I. n. 115. Φῶλαιδης est apud Rangab. T. II. n. 1258. De scriptura Φιλάδου (C. I. T. I. n. 425, 10 et n. 191, 6) Boeckhius adnotat, Φιλάδου non esse aliud ac Φιλαΐδου, neque lapidariae vitio deberi, sed illa aetate eam formam usitatam fuisse, scriptum autem esse titulum Marco Aurelio et Lucio Vero imperantibus.

Sicut ab Aiace Salaminio, Telamonis filio, Athenienses unam ex X tribubus Atticis Aiantidem appellaverunt, ita eius filius (Herod. VI. 35. Marcellin. Vit. Thucyd. init.) vel nepos (Pausan. I. 35, 2) Φίλαιος¹⁾ quum genti Atticae tum demo cognomini Philaidarum nomen dedit. Et de gente quidem Philaidarum copiosius egisse videtur Metrodorus περὶ ἐγγενείας (Diog. Laert. L. X. init.); ex recentioribus autem scriptoribus imprimis legendi sunt Meierus de gentilitate Attica p. 51 sq., Adolf. Schoell ad Sophocl. Aiac. p. 97 sqq. et Vir Doctus in Diurnis litter. antiq. a Th. Bergkio et I. Caesare editis a. 1843. n. 76, p. 602 sqq. De demo Philaidarum haec monenda videntur. Quum multi demi Attici nomen acceperint a nobilibus Atticae gentibus, quam originem patronymicis nominum terminationibus indicant, ut demi Περιθοῖδαι, Βοντιάδαι, Θυργωνίδαι, Ἰωνίδαι, alii, demus Atticus Φιλαΐδαι nomen duxit a nobilissima gente Attica Φιλαΐδων, cuius eponymus Philaeus, ut apud Plutarchum l. supra l. legimus, quum in civitatem Atticam esset receptus, Braurone Atticae sedem fixit,²⁾ Eurysaces autem frater in ea Urbis parte, quae Melite vocabatur, habitavit, ubi Eurysaceum heroum fuit (Harpocrat. in v.). Et initio quidem eius generis gentes, Deorum cultu et vitae genere sine dubio coniunctae, eas regiones habitaverunt, quae ab iis nominatae demi postea constitutae sunt. Sed temporis decursu haec vel illa gens etiam in alias regiones inde commigraverat, quo factum est, ut, quo tempore Clisthenes totam Atticam in X tribus et in certum demorum numerum distribuit, eae gentes, quae initio quidem una habitaverant, Clisthenis instituto in varias terrae Atticae regiones distributae manerent, sicut iam ante Clisthenem dissipatae per Atticam fuerant. Unde intelligitur, eum, qui fuit Philaidea κατὰ γένος, non

¹⁾ Ad accentum nominis proprii Φίλαιος quod attinet, Φιλαῖος legitur apud Plutarchum l. l., Φίλαιος apud Pausaniam l. l., et hoc quidem recte. Arcadius de accent. p. 43, 24 τὸ δελταῖος καὶ φύλαιος προπαροξύ- νεται, ubi Φίλαιος corrigendum est, ut recte in Scholiis Hom. II. E, 54. A, 301 ex Herodiano excerptis.

²⁾ V. H. Sauppium in Act. societ. Graec. Vol. II. p. 431.

necessario etiam Philaidam κατὰ δῆμον fuisse, sicut Miltiadem et Cimonem genere Philaidas, demo autem Laciadas fuisse constat. Similiter Epicurus e gente Philaidarum fuit, sed e demo Gargetto.¹⁾ Quodsi Plutarchus l. l. Pisistratum, quem Plato in Hipparcho p. 228 B ex Philaidarum gente fuisse scribit, e demo Philaidarum fuisse dicit, id, quum a Clisthene demum pagi Attici constituti sint, errori Plutarchi tribuendum videtur demum pro gente dicentis.

Ex hac igitur gente nobilissima Philaidarum, cuius eponymum Philaeum Braurone sedem collocasse Plutarchus tradit, factus est demus Φιλαῖδαι, qui tribui Aegeidi adscriptus agros Brauronis, antiquae Atticae urbis, occupavit.

II. Nomen demoticum Φιλαῖδης praebent Plato in Hipparcho, Plutarchus, Stephanus B., Suidas, Schol. Aristoph. Av. locis s. laudatis. Accedunt hi tituli. In C. I. T. I. n. 115 sunt Φιλαῖδαι Μέναιχμος Ἀριστίου, Διότιμος Μελαρθίου, Εὐάγης Δεινίου. Ita enim duo postrema nomina legenda sunt, si comparaveris Rossii tit. V. b. v. 7 sq., ubi Δεινίας Εὐάγους Φιλαῖδης occurrit. n. 111, 6 Ἀντίδωρος Φιλαῖδης. n. 180, 6 Μοσχίων Μενάνδρου Φιλαῖδης. n. 222 Εὐαγίδης Κτησίου Φιλαῖδης (Olymp. 113, 1. a. Chr. 328). n. 273, 9 Ὀνήσιμος Μενεκράτους Φιλαῖδης. n. 432 Ἀμφίας Φιλαῖδης. n. 784 Ξενοφάντος Αἰσχυρίωνος Φ. n. 785 ex Boeckhii restitutione. n. 425, 10 legimus ἐπὶ ἄρχοντος Τίτ. Ἀνθ. Φιλήμονος Φιλαῖδου et n. 191 στρατηγούντος ἐπὶ τὰ ὅπλα Ἀνδρῆλου Φιλήμονος Φιλαῖδου, de qua demotici scriptura supra dictum est. Boeckhio assentitur Meier. in Comment. epigr. II. p. 91 extrem.²⁾ In Inscr. nav. XIV. b. v. 45 est Χαρίσανδρος Φιλαῖδης. Apud Ross. n. 5. b. 8 Δεινίας Εὐάγους Φιλαῖδης. n. 49 Στρατοκλείας τῆς . . . Φιλαῖδου θυγατρὸς. Ap. Meier. n. 10. col. II, 17 Εὐαγίδης Φιλαῖδης, de quo v. Meier. p. 25. n. 66. II, 11. . . κλειδης Φ.; ap. Rangab. T. II. n. 1239 . . . φσαι Μενεμάχου Φιλα[ίδης]: sic enim supplendum, non Φιλ[α]ίσ[ος]. n. 1268, 3 Μενέδημος Σοφίλου Φυλαῖδης (sic!). n. 1649 Ἀνδράρης Φιλωνίδου Φιλαῖδης. Ἡδύλος Φιλαῖδης est in tit. nuper Athenis reperto, de quo v. Kirchhoff in Monatsb. der Pr. Acad. v. J. 1865, p. 210 sq.

III. Aegeidi demum Philaidarum attribuunt Stephanus Byz., Scholiasta Plat. Hipparch. et tituli Corp. Inscr. T. I. n. 222 (X tribb. aet.), n. 115 (XII tribb. aet.), n. 111 (XII tribb. aet.). Fallitur I. Meursius de populis Atticae T. I. p. 309 not. 1., qui cum Iac. Sponio, titulum secutus, qui est in eius Itinéraire etc. Inscript. antiquae T. 2. p. 358 edit. Amstelod. a. 1699,³⁾ demum Philaidarum Oeneidi attribuit; nam, ut Boeckhius C. I. T. I. p. 382 col. I. recte monuit, in illo Sponii titulo in Oeneide Chandler recte habet Φύλα, quod est in Oeneide Φυλάσιος, at Sponius et Wheler. male Φίλα,⁴⁾ quod est Φιλαῖδης Aegeidis tribus. V. Boeckh. p. 383 col. II.

¹⁾ Schoemann. Antiquit. iuris publ. Graec. p. 202, ibique notam 9. Boeckh. Inscr. nav. p. 234 sq.

²⁾ In C. I. n. 93, 10 legimus τὴν Φιλαῖδα sc. χώραν et v. 32 sq. οἱ μισθωταὶ τῆς Φιλαῖδος χώρας, de qua terra Boeckhius p. 133 col. I. uberius disputavit; sed idem ad n. 214 (p. 345 col. II.) ex accuratioribus apographis l. s. l. Ψελλεῖδα seu Ψελλίδα, Ψελλεῖδος legendum esse monet. Cf. Addend. p. 899 col. II. ad n. 93.

³⁾ Boeckh. C. I. T. I. n. 275.

⁴⁾ Id fugit Corsinum Fast. Att. T. I. p. 246.

IV. Philaidarum demus inter alios Viros Doctos Boeckhio (C. I. T. I. p. 133 col. I.) is locus ad montem Hymettum fuisse videtur, qui nunc *Φιλιάνι* vocatur. v. Stuart. Antiq. Attic. T. II. p. 275 edit. German. Fr. Osanni. Contra ea equidem iis maxime, quae apud Suidam in v. *ἄρκτος ἡ Βραυρωνίσις*,¹⁾ apud Plutarchum in Solon. 10 et apud Scholiastam Aristoph. Av. 873 leguntur, adducor, ut cum Rossio de dem. p. 8 et Rangabeo ad n. 1649 hunc demum in agro Brauronio (Vραόνα s. Vraná) situm fuisse statuam, ubi gentem Philaidarum antiquitus sedem habuisse supra demonstravimus. V. Bursian. l. l. p. 348.

¹⁾ Cf. Schoemann. Antiq. Graec. T. 2. p. 424.

Corrigenda. Pag. 20. l. 16 lege *Ἑστίατα*, p. 35. l. 8 *Μυρρινοῦττα*.